DE VITA, MORIBVS, ET MIRACVLIS SANCTI SILVESTRI

Abbatis Auximatis;


Ordinis eius, qui de Monte Fano, seu Siluestrinorum uulgò dicitur, Fundatoris.

LIBRI TRES.

In hac secunda editione aucti, & recogniti.

Auctore D. Andrea Iacobi Fabrianensi, Monacho, & olim Abbate Generali eiusdem Ordinis, S. Theologiæ Doctore.








CAMERINI,

Apud Franciscum Ioiosum. 1612.

De licentia DD. Superiorum.







ANTONIO MARIAE
GALLO
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

Congregationis Monachorum
Siluestrinorum Protectori.

D. Sebastianus Fabrinus Recinetensis, eiusdem Congregationis Monachus, fœlicitatem.



NIHIL iam in publicum prodire solet, ex recepta nostrorum temporum consuetudine, typis excusum, nisi sub alicuius Principis, aut præstantis viri patrocinio, cui potissimum nuncupatur. Et verò in edenda superiorum nostrorum iussu, qui mihi hanc prouinciam demandarunt, S. Siluestri Abbatis Patris nostri vitæ historia id nullo pacto mihi prætermittendum fuit; neq. tamen vlli præterquam tibi, Cardinalis Amplissime, tuoque nomini consecranda: siue quòd iam pridem nostrum Ordinem sub tua tutela protegendum benignissimè susceperis; siuè quod erga Virum sanctum, non tàm affinitatis, ac Patriæ, quàm pietatis vinculo semper fueris con-

iunctissimus, siuè demum quòd non secus fieri, absque summa ingrati animi nota, postulare videantur plurima tua, eademque maxima non in me solum, sed in vniuersam nostram, vel potius Siluestri familiam promerita. Itaq. lætus ac libens eiusdem hos historiæ libellos Amplitudini Tuæ, cui tot nominibus debentur, offero, & sub Illustrissimi nominis tui splendore in lucem profero, à primis quidem nostri Ordinis temporibus ab Auctore conscriptos, sed nouissimè à nobis illustratos, atq. elegantiori politiorique sermone, ac rerum gestarum ordine auctos: gratissimos præterea futuros, non tàm ex offerentis voluntate, qui te semper in primis coluit, sed quia S. Siluestri præclarè pro Christo gesta, quē tu tantopere diligis, continent. Eadem igitur, ac maiori si dici potest, quam cætera soles huiusmodi, benignitate suscipias, tantiq; Patris gloriam toti iam Ecclesiæ præfulgentem, auctoritate tua, quæ maxima est, contra omnes aduersarios strenuè tuearis, nosque omnes Siluestri filios, quos ipse in Christo genuit, paterno semper amore, præsidioque complecti non desinas. Vale.

Imprimatur.

P. de Possentibus Vic. Generalis.

Frater Venantius Marcellus Ordinis Prædicatorum, Prior Sancti Dominici de Camerino, Vicarius Sancti Officij.

FACVLTAS REVERENDISSIMI PATRIS Generalis Siluestrinorum.

Ego D. Ægidius Bencius Dei, & Apostolicæ sedis gratia Abbas siue Prior generalis Monachorum Siluestrinorum facultatem concedo Reuerendo Patri D. Sebastiano Fabrino Recinetensi Theologo nostræ Congregationis, vt possit in lucem edere libellum de vita Sancti Patris nostri Siluestri, iam pridem ab egregio viro D. Andrea Iacobi Prędecessore nostro conscriptum, nunc autem ab ipso valde illustratum, & emendatum, atq; à doctis viris nostri Ordinis probatum. In quorum fidem, &c. Datum Fabriani ex nostro Monasterio Sancti Benedicti die XX. Ianuarij MDXCIX.

D. Ægid. Bencius Generalis Siluestrinorum.

CAMILLI VENANTII FABRIANENSI
de Sancto Siluestro Institutore Monachorum Siluestrinorum Epigrammata.

MOENIBVS inclusisse uagos laudatur agrestes
Orpheus, arguto dum ferit ungue Chelym:
Ad rigidum molles reuocat Siluester eremum,
Cælestes acri dum tonat ore minas:
Laude prior magna dignus, maiore secundus;
Nam fuit hic grauior quàm fuit ille labor.
Ille ad delicias turbam compellit egentum,
Iste locupletum linquere delicias.

Carmen
DE SANCTO SILVESTRO ABBATE
Auctore D. Septimio Castellario Recinetensi Monacho Siluestrino.

AVDITIS socij? (an me iterum fallacia ludunt
Carmina?) qui fidium cantus, chordisq. canoris
Vox uiolata, uagas concentu uinciat auras?
Auditis? magis, & magis increbrescit acuta
Vis fidium, liquidumq. melos mage personat aures.
An potius rerum me ludit imago? decorum
Examen iuuenum per cærula sydera labens
En urget Montem Phanus, cui nomina fecit
Tartarei Phanus non ultima pestis Auerni.
Aligeris redimita choris, annosa refulget
Silua, nouum mirata iubar, multaq. superbit
Luce sacer lucus, uaga labitur æthere toto
Vox, cantusq; leuis, quo Mons, omnisq; resultat

Assensu

Assensu collis parili uicinus, & imo
Amplexata sinu uallis nemorosa remittit
Vocem omnem geminatq. modos, plausuq. secundo
Exceptum carmen regerunt in sydera saxa.
Ipse etiam Ianus reprehenso flumine constat
Insurgitq; libens, famulamq; attemperat urnam
Alueolo scrupuloso impellens leniter undas.
Scilicet annalem properat Pennata triumphum
Siluestriq; Cohors pompam instaurare iacentis
Instructisq. Aris meritos inducere cultus.
At qui me carmen meditantem, & multa mouentem
Pectore, sublimem Deus excitat? en sequor? præ
Præ i sequor, & me corripiunt per nubila uenti
Syderaq; alato transmitto candida nixu.
Os premite assurgens, oculos reuocate rebelles
Queis mens, queis oculi, queis cor, quibus ora profana.
Panduntur solido Postes adamante reuincti
Siderei, ex templo penna fugiente satelles
Emicat, & Cælo diffusus plurimus errat
Lætitia infanda. sistit se ad limina tandem
Pars, Michael binum, quam Rex effingit in agmen
Atq; fores seruare iubet, dum tota sequaci
Pompa, pede exiliens nectat uestigia prima.
Pars leuibus Coris, rapidisq; uolucrior Euris
Auratis uincita pedes talaribus acres
Præcipitem sedat Cælo, nubesq; leuesq;
Nixa secat uentos alis, & uerberat auras.
Pars pennis tandem Phano super imminet æquis
Monte leuis, temploq; humilis super astat amico
Siluestri templo titulis rebusq; dicato.
Interea nouus è foribus se proripit Ales

 Aethereis

Aethereis, terrasq; petit Dux ordine longo;
Hunc subit aurata Magnæ crinitus Iudæ
Rex cithara, effusi, quem stipant undique eundo
Fatidici Vates omnes, canusq; Senatus
AEtatisq; Patres primæ, quos proximus urget
Insignis palma, raptisq. ex hoste tropheis
Sanguinea longum Miles luctator arenæ.
Consequitur niueis redimitum tempora uittis
Virgineum examen, puráq. in ueste Virago
Agmen agit, ferriq. potens Catharina Rotæq;
Tanto humeri incumbit cœlestibus addita Diuis
Casta Sacerdotum manus, & qui digna loquuti
Christo mortales, Sanctas coluere per artes.
Et qui largus opes, faciles effusus in usus
Viuit adhuc, uiuetq; suum post funus, in æuum;
Quiq; cauas rupes, & inhospita montis habentes
Tesqua, diem in multum uigiles duxere lucernas
Insomnes, hyemis patientes, Solis, & æstus.
Arbiter ætherei subnectit liminis agmen
Cui comes it Paulus (quos, & mors ipsa triumpho
Commisit socio, hos etiam mea carmina nectant)
Post hos insequitur Nimbus, numerosaq. toto
Crebrescit Cælo Aligerum manus. euolat ardens
It portis ingens pubes se effundit apertis
Sydereis portis. florentes lumine densa
Existunt acies, & fulminis ocior igne
Aerea omniuolæ nubes densata phalangis
Funditur, enormis luditq; per æquora Cæli.
Quam numerosa noto crispatur sæpe tyranno
Innumeris pelago moles undosa ruinis.
Quam multis tellus hyberno frondibus Euro

Vrgetur, quam multus habet sua littora Cycnus
Agmine cum denso Cælo se librat ab alto.
Pars læui incedit galea cristatus, & ære
Flammiuomo floret lucetq; superbus in armis
Pars rutilo moderans præfixa hastilia ferro
Ludrica compositi exercent simulacra duelli.
Ast alij digitis animant uocalc beatis
Barbiton, hic plectro taciturnas impetit auras
Ille fides tractat diuino pollice dulces
Pulsat ebur liquidum festino hic pollice, at illi
Vnum opus est neruos digito uexare uolucri.
Et liquida chordas confundere uoce canentes.
Hi simul at processerunt; tunc totus Olympo
Excussus Phœbus, geminant ignesq; facesq;
Crinito flammæ discurrunt nubila tractu, &
Solibus ardescunt picti laquearia Mundi.
Ecce tibi humano uir quidam augustior ore
Ore Deum referens nitido, cui tempora circum
It tremulus Solis radius, Sydusq. coruscat
Igniuomum, gressus cælesti è limine profert
Maiestate oculos plenus, dioq; nitore.
Huic sinuosa pedes uestis deflectit ad imos
Multaq; crispatur nigro rubicunda colore,
Dulce rubent manibus, nostræ monumenta salutis
Perstringitq; oculos multo Crux aurea sole.
Nectareum spirat diuino uertice odorem
Os uiridiq; micat uultus, canaq; iuuenta
Et potis est humeris Deus incessuq; uideri.
Iamq; pede aduentans contingit limina templi,
Ingrediturq; fores, tremulo sub numine nutat
Attonitus paries, & tecta labantia, lucem

Excepta

Excepta undantem, radiosa mole laborant.
Ah quorsum dubio trepidatis pectore templa?
Siluestri potius primos agnoscite uultus.
Siluestri uobis iterum datur ora tueri
Et notas iterum uoces audite loquentis.
Ille citus tumulum, cineres, atq; ossa tegentem
Sancta sinu (Cælo cineres dilectaq; membra)
Occupat, ingrediturq; urnam, multusq. frequensq;
Oscula partitus, socios amplectitur artus.
Interea his numeris decem discrimina uocum
Obloquitur Rex Hebræus diuusq; Poeta.
Alma dies annum completis mensibus implet
Ex qua Siluester mortales exuit artus
Ex qua Siluester superis est additus astris.
Dicite Cælicolæ noua carmina, dicite ciues.
Marmor honoratum, Parioq; superbius omni
Quod cineres auido complecteris orbe beatos,
Haud cineres seruas fatali morte peremptos
Viuaces cineres uitali condis in Aluo.
Dicite Cælicolæ noua carmina, dicite ciues.
Viuaces intus cineres leuis Vrna recond s
Deforis at lacrymas, & suspirata piorum.
Oscula habes natum dulcis monumenta doloris.
Dicite Cælicolæ noua carmina dicite ciues.
Oscula habes, quæ relliquijs cineriq. Parentis
Nomine defigas lacrimantum tota nepotum
Et dicas Cineres æternum atq; ossa ualete
Dicite Cælicolæ noua carmina, dicite Ciues
Excipit hos numeros alterno carmine binus
Concentus chorus ætherei. pulsata resultant
Barbita, & argutos iactant sub sydera cantus.

Nunc

Nunc tereti, ò superi, saltu indulgete choreis
Siluestriq; choris cineres lustrate sepultas.
Ossaq; ueloci fælicia ducite giro.
Ludite sydereæ uolucri pede, ludite pubes.
Alternas uincite manus, atq; orbibus orbes
Nectite, multiplici reuocate uolumine plantas
O socij celeres, Siluestro dicite carmen.
Ludite sydereæ uolucri pede ludite pubes.
Dixere. è tumulo subito cùm forte patenti
Ecce tibi præpes prodit Regina uolucrum
Nobilis alarum pompa pennisq; superba
Deductis, terno, quæ circùm busta coronans
Orbe hilaris, tumulum pennis plaudentibus urget.
Hanc mediam aligeri excipiunt, tolluntq; per auras
Illa nitens alis liquidum super æthera fertur
Lætaq; se totam magno sub lumine condit
Quò fugis, ò Animæ Volucris pars maxima nostræ.
Quò Siluester abis? pennas reprehende fugaces
Siste alas, meditare moras, atq; otia parua.
Quo fugis? ah lacrymæ fundunt, quas ora frequentes
Te potius reuocent, scelere heu ne uentus iniquum
Te rapiat nostro rapido cùm turbine, siste.
Hic præsens diciq; parens, Diuusq; uocari
Lætus ames potius. tibi Sacras imbuet ædes
Picta tabella, tuis meriti indicentur honores
Aris, te Dominum pelagi pontiq; potentem
Adriaco deprensus in æquore nauta dicet;
Damnabis populos numeroso tu quoq; uoto;
En pueri intonsi, en castæ innuptæq; puellæ
Carmine sollicito tensisq; ad sydera palmis
Te reuocant. prece sacrifica te plurimus ambit

Picœnus

Picœnus, Cluemq; uocat tibi odora sabæi
Silua Arabiq; soli positis inceditur aris.
Ab ferus superos repetas lentusq; recessus.
Sed quid ego Diuum polluta uoce fatigo?
Lætus abi, Siluester abi, rape sydera tandem.
At memor ì nostri, lacrymas miserate tuorum,
I fælix, dexterq; tuis, tu commodus hauri
Natorum uoces, & largos despice fletus.
Interea nostro memori sub pectore uiues,
Atq; tuum longos nomen ducemus in annos.

F I N I S.

D. SEBASTIANVS FABRINVS RECINETENSIS Monachus Siluestrinus.

Ad pium, & Christianum Lectorem.

SANCTI Siluestri Abbatis Patris nostri gesta tùm ante, tùm post ipsius obitum, & exẽplo sublimia, & virtute mirabilia, sub ipsa Ordinis nostri primordia ab egregio Viro, maiorum nostrorũ memoria celeberrimo, D. Andrea Iacobi Fabrianensi, Theologo inter cęteros Monachos sanctitate, ac doctrina conspicuo, qui multa vel ipsemet viderat, vel ab alijs tanti Patris in Dei schola discipulis fideliter narrata collegerat, literarum monumentis consignata sunt, vt antiquissima exemplaria manuscripta in mẽbranis, quę adhuc integra in Monasterio Fabriani seruãtur, amplissimam fidẽ faciunt; quibus vel ob ipsam vetustatis dignitatẽ ab omnibus semper maxima fides est habita. Qualis verò quantusq; viridẽ Andreas fuerit (vt cętera taceam) ex eo vel maximè colligere licet, quòd non modo quartus à Siluestro nostri Ordinis gubernacula, summumq; Magistratum sanctissimè tenuit, sed etiã à summo Pontifice tunc temporis sedente, qui fuit Ioannes vigesimus secundus, nobis ablatus, in Abbatem S. Gregorij in Vrbem assumptus fuit, vt quibusdã Religiosis, qui tum ibi degebant, præesset, & iam collapsam inter eos monasticam disciplinã, vt postea feliciter præstitit,

ftitit, reftitueret. Tantus ergo hic vir cum noftri Ordinis Cõftitutiones, & alia multa id genus, tum præcipuè præfati Patris noftri, & aliorum eius di-fcipulorum, fanctitate, ac miraculis illuftrium, vitæ feriem rudi quidem ac fimplici, veridica tamen narratione confcripfiffet, tandem non ita multò poft è vita decesfit: ex quo factum eft, vel id fummo ipfius Sancti Siluestri altisfimæ humilitatis ftudio poftulante; vel quòd veterum Patrum noftrorum humilis, ac religiofa fimplicitas rata fibi fatis effe fuerit, fi intra noftri Ordinis dumtaxat fines tanti Patris gloria contineretur; factum inquam hinc eft, vt ab eo fæculo vfque ad nos in publicam totius orbis notitiam (licèt nõnulli Auctores grauisfimi de eo meminerint) Siluestri gefta nequaquam deuenerint; cum tamen quæ de eius virtute fcripta funt, quotidianis fermè miraculis apud eius monumentum, in Eremo Montis Fani, in Ecclefia eius nomine Deo dicata fitum, (teftis eft vniuerfus præcipuè Fabrianenfis Popolus) diuinitus oftenfis confirmata hactenus fuerint, & confirmentur in dies. At verò noftris tandem hifce tẽporibus, Deo mouente, qui feruorum fuorum, in quibus ipfe mirabilis prædicatur, gloriam, & virtutes in tenebris perpetuò iacere ac delitefcere nõ patitur; fed ad fui gloriam, & Ecclefiæ Sanctæ fplendorem, atque vtilitatem fidelibus fuis notas effe vult, & in omnium oculis atque fermonibus ad veræ virtutis, & Chriftianæ perfectionis exemplum asfiduè verfari; S. D. N. Clemens, huius nominis Octauus, diuina prouidentia Pontifex Maximus, proximè

proximè ſuperioribus annis; flagitante id præſertim, pro ſua in S. Siluestrum pietate, Illustrisſimo, ac Reuerendisſimo D. Antonio Maria Gallo Auximano S. Rom. Eccl. Cardinali, & Protectore noſtro, cognitis, & perſpectis adhuc diligentisſimè Silueſtri virtutibus, miraculis, ac ſanctitate, illum in Sanctorum numerum adſcribi, & in Romanum Martyrologium ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinali Baronio referri mandauit, prout factum eſt in poſtrema editione, die vigeſimaſexta Nouembris, qui dies apud noſtros, vtpotè S. Silueſtri morte conſecratus, ſingulis annis ab obitu ipſius in diuinis officijs maximè ſolemnis, ac celeberrimus ſemper extitit. Præterea etiam idem Pontifex rogatu Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. Mariani Perbenedicti Cardinalis de Camerino in Silueſtrum mirificè ſtudioſi conceſſit ijs, qui quaſcumque noſtri Ordinis Eccleſias vbique locorum conſtitutas eo die religioſè viſitauerint, Plenariam omnium peccatorum veniam, & remisſionem: Quam etiam Indulgentiam poſtea Paulus V. ſummus Pontifex, cum iam ceſſaſſet, iteratò conceſſit. Atque ideò non modò congruum, ſed plane etiam neceſſarium viſum eſt noſtris, vt præclarisſima huius S. Patris geſta, iampridem à prædicto Andrea conſcripta, & poſtremò aliquorum Patrum ſtudio, ac diligentia in elegantiorem ſermonem conuerſa, atque in meliorem ordinem redacta, è quibuſdam quaſi tenebris, & ex monaſteriorum clauſtris in amplisſimam, ac ſplendidisſimam Eccleſiæ lucem iam tandem prodire debeat:

q iod

CAMILLI VENANTII FABRIANENSI
de Sancto Siluestro Institutore Monachorum
Siluestrinorum Epigrammma.

MOENIBVS inclusisse uagos laudatur agrestes
Orpheus, arguto dum ferit ungue Chelym:
Ad rigidum molles reuocat Siluester eremum,
Cœlestes acri dum tonat ore minas:
Laude prior magna dignus, maiore secundus;
Nam fuit hic grauior quàm fuit ille labor.
Ille ad delicias turbam compellit egentum,
Iste locupletum linquere delicias.

Carmen
DE SANCTO SILVESTRO ABBATE
Auctore D. Septimio Castellario Recinetensi
Monacho Siluestrino.

AVDITIS socij? (an me iterum fallacia ludunt
Carmina?) qui fidium cantus, chordisq. canoris
Vox uiolata, uagas concentu uinciat auras?
Auditis? magis, & magis increbrescit acuta
Vis fidium, liquidumq. melos mage personat aures.
An potius rerum me ludit imago? decorum
Examen iuuenum per cœrula sydera labens
En urget Montem Phanus, cui nomina fecit
Tartarei Phanus non ultima pestis Auerni.
Aligeris redimita choris, annosa refulget
Silua, nouum mirata iubar, multaq. superbit
Luce sacer lucus, uaga labitur æthere toto
Vox, cantusq; leuis, quo Mons, omnisq; resultat
Assensu

Assensu collis parili uicinus, & imo
Amplexata sinu uallis nemorosa remittit
Vocem omnem geminatq. modos, plausuq. secundo
Exceptum carmen regerunt in sydera saxa.
Ipse etiam Ianus reprehenso flumine constat
Insurgitq; libens, famulamq; attemperat urnam
Alueolo scrupuloso impellens leniter undas.
Scilicet annalem properat Pennata triumphum
Siluestriq; Cohors pompam instaurare iacentis
Instructisq. Aris meritos inducere cultus.
At quis me carmen meditantem, & multa mouentem
Pectore, sublimem Deus excitat? en sequor? prae
Prae? sequor, & me corripiunt per nubila uenti
Syderaq; alato transmitto candida nixu.
Os premite assurgens, oculos reuocate rebelles
Queis mens, queis oculi, queis cor, quibus ora profana.
Panduntur solido Postes adamante reuincti
Siderei, ex templo penna fugiente satelles
Emicat, & Caelo diffusus plurimus errat
Laetitia infanda. sistit se ad limina tandem
Pars, Michael binum, quam Rex effingit in agmen
Atq; fores seruare iubet, dum tota sequaci
Pompa, pede exiliens nectat uestigia prima.
Pars leuibus Coris, rapidisq; uolucrior Euris
Auratis uincita pedes talaribus acres
Praecipitem sedat Caelo, nubesq; leuesq;
Nixa secat uentos alis, & uerberat auras.
Pars pennis tandem Phano super imminet aequis
Monte leuis, temploq; humilis super astat amico
Siluestri templo titulis rebusq; dicato.
Interea nouus e foribus se proripit Ales

 Aethereis.

Aethereis, terrasq; petit Dux ordine longo;
Hunc subit aurata Magnæ crinitus Iudæ
Rex cithara, effusi, quem stipant undique eundo
Fatidici Vates omnes, canusq; Senatus
AEtatisq; Patres primæ, quos proximus urget
Insignis palma, raptisq. ex hoste tropheis
Sanguinea longum Miles luctator arenæ.
Consequitur niueis redimitum tempora uittis
Virgineum examen, puráq. in ueste Virago
Agmen agit, ferriq. potens Catharina Rotæq;
Tanto humeri incumbit cœlestibus addita Diuis
Casta Sacerdotum manus, & qui digna loquuti
Christo mortales, Sanctas coluere per artes.
Et qui largus opes, faciles effusus in usus
Viuit adhuc, uiuetq; suum post funus, in æuum;
Quiq, cauas rupes, & inhospita montis habentes
Tesqua, diem in multum uigiles duxere lucernas
Insomnes, hyemis patientes, Solis, & æstus.
Arbiter ætherei subnectit liminis agmen
Cui comes it Paulus (quos, & mors ipsa triumpho
Commisit socio, hos etiam mea carmina nectant)
Post hos insequitur Nimbus, numerosaq. toto
Crebrescit Cælo Aligerum manus. euolat ardens
It portis ingens pubes se effundit apertis
Sydereis portis. florentes lumine densæ
Existunt acies, & fulminis ocior igne
Aerea omniuolæ nubes densata phalangis
Funditur, enormis luditq; per æquora Cæli.
Quam numerosa noto crispatur sæpe tyranno
Innumeris pelago moles undosa ruinis.
Quam multis tellus hyberno frondibus Euro

Vrgetur, quam multus habet sua littora Cycnus
Agmine cum denso Cælo se librat ab alto.
Pars læui incedit galea cristatus, & ære
Flammiuomo floret lucetq; superbus in armis
Pars rutilo moderans præfixa hastilia ferro
Ludrica compositi exercent simulacra duelli.
Ast alij digitis animant uocale beatis
Barbiton, hic plectro taciturnas impetit auras
Ille fides tractat diuino pollice dulces
Pulsat ebur liquidum festino hic pollice, at illi
Vnum opus est neruos digito uexare uolucri
Et liquida chordas confundere uoce canentes.
Hi simul at processerunt; tunc totus Olympo.
Excussus Phœbus, geminant ignesq; facesq;
Crinito flammæ discurrunt nubila tractu, &
Solibus ardescunt picti laquearia Mundi.
Ecce tibi humano uir quidam augustior ore
Ore Deum referens nitido, cui tempora circum
It tremulus Solis radius, Sydusq; coruscat
Igniuomum, gressus cælesti è limine profert.
Maiestate oculos plenus, dioq; nitore.
Huic sinuosa pedes uestis deflectit ad imos
Multaq; crispatur nigro rubicunda colore,
Dulce rubent manibus, nostræ monumenta salutis
Perstringitq; oculos multo Crux aurea sole.
Nectareum spirat diuino uertice odorem
Os uiridiq; micat uultus, candq; iuuenta
Et potis est humeris Deus incessuq; uideri.
Iamq; pede aduentans contingit limina templi,
Ingrediturq; fores, tremulo sub numine nutat
Attonitus paries, & tecta labantia, lucem

Excepta

Excepta undantem, radiosa mole laborant,
Ah quorsum dubio trepidatis pectore templa?
Siluestri potius primos agnoscite uultus.
Siluestri uobis iterum datur ora tueri
Et notas iterum uoces audite loquentis.
Ille citus tumulum, cineres, atq; ossa tegentem
Sancta sinu (Cælo cineres dilectaq; membra)
Occupat, ingrediturq; urnam, multusq. frequensq;
Oscula partitus, socios amplectitur artus.
Interea his numeris decem discrimina uocum
Obloquitur Rex Hebræus diuusq; Poeta.
Alma dies annum completis mensibus implet
Ex qua Siluester mortales exuit artus
Ex qua Siluester superis est additus astris.
Dicite Cælicolæ noua carmina, dicite ciues.
Marmor honoratum, Parioq; superbius omni
Quod cineres auido complecteris orbe beatos,
Haud cineres seruas fatali morte peremptos
Viuaces cineres uitali condis in Aluo.
Dicite Cælicolæ noua carmina, dicite ciues.
Viuaces intus cineres leuis Vrna recond s
Deforis at lacrymas, & suspirata piorum.
Oscula habes natum dulcis monumenta doloris.
Dicite Cælicolæ noua carmina dicite ciues.
Oscula habes, quæ relliquijs cineriq. Parentis
Nomine defigas lacrimantum tota nepotum
Et dicas Cineres æternum atq; ossa ualete
Dicite Cælicolæ noua carmina, dicite Ciues
Excipit hos numeros alterno carmine binus
Concentus chorus ætherei. pulsata resultant
Barbita, & argutos iactant sub sydera cantus.

Nunc

Nunc tereti, ô superi, saltu indulgete choreis
Siluestriq; choris cineres lustrate sepultas.
Ossaq; ueloci fælicia ducite giro.
Ludite sydereæ uolucri pede, ludite pubes.
Alternas uincite manus, atq; orbibus orbes
Nectite, multiplici reuocate uolumine plantas
O socij celeres, Siluestro dicite carmen.
Ludite sydereæ uolucri pede ludite pubes.
Dixere. è tumulo Subito cùm forte patenti
Ecce tibi præpes prodit Regina uolucrum
Nobilis alarum pompa pennisq; superba
Deductis, terno, quæ circum busta coronans
Orbe hilaris, tumulum pennis plaudentibus urget.
Hanc mediam aligeri excipiunt, tolluntq; per auras
Illa nitens alis liquidum super æthera fertur
Lætaq; se totam magno sub lumine condit
Quò fugis, ô Animæ Volucris pars maxima nostræ.
Quò Siluester abis? pennas reprehende fugaces
Siste alas, meditare moras, atq; otia parua.
Quo fugis? ah lacrymæ fundunt, quas ora frequentes
Te potius reuocent, scelere heu ne uentus iniquum
Te rapiat nostro rapido cùm turbine, siste.
Hic præsens diciq; parens, Diuusq; uocari
Lætus ames potius. tibi Sacras imbuet ædes
Picta tabella, tuis meriti indicentur honores
Aris, te Dominum pelagi pontiq; potentem
Adriaco deprensus in æquore nauita dicet,
Damnabis populos numeroso tu quoq; uoto,
En pueri intonsi, en castæ innuptæq; puellæ
Carmine sollicito tensisq; ad sydera palmis
Te reuocant. prece sacrifica te plurimus ambit

Picœnus

Picœnus, Cluemq; uocat tibi odora sabæi
Silua Arabiq; soli positis incenditur aris.
Ah serus superos repetas lentusq; recessus.
Sed quid ego Diuum polluta uoce fatigo?
Lætus abi, Siluester abi, rape sydera tandem.
At memor ì nostri, lacrymas miserate tuorum.
I fælix, dexterq; tuis, tu commodus hauri
Natorum uoces, & largos despice fletus.
Interea nostro memori sub pectore uiues,
Atq; tuum longos nomen ducemus in annos.

F I N I S.

D. SEBASTIANVS FABRINVS RECINETENSIS Monachus Siluestrinus.

Ad pium, & Christianum Lectorem.

SANCTI Siluestri Abbatis Patris nostri gesta tùm ante, tùm post ipsius obitum, & exẽplo sublimia, & virtute mirabilia, sub ipsa Ordinis nostri primordia ab egregio Viro, maiorum nostrorũ memoria celeberrimo, D. Andrea Iacobi Fabrianensi, Theologo inter cęteros Monachos sanctitate, ac doctrina conspicuo, qui multa vel ipsemet viderat, vel ab alijs tanti Patris in Dei schola discipulis fideliter narrata collegerat, literarum monumentis consignata sunt, vt antiquissima exemplaria manuscripta in mẽbranis, quę adhuc integra in Monasterio Fabriani seruãtur, amplissimam fidẽ faciunt; quibus vel ob ipsam vetustatis dignitatẽ ab omnibus semper maxima fides est habita. Qualis verò quantusq; viridẽ Andreas fuerit (vt cętera taceam) ex eo vel maximè colligere licet, quòd non modo quartus à Siluestro nostri Ordinis gubernacula, summumq; Magistratum sanctissimè tenuit, sed etiã à summo Pontifice tunc temporis sedente, qui fuit Ioannes vigesimus secundus, nobis ablatus, in Abbatem S. Gregorij in Vrbem assumptus fuit, vt quibusdã Religiosis, qui tum ibi degebant, præesset, & iam collapsam inter eos monasticam disciplinã, vt postea feliciter præstitit,

ftitit, reſtitueret. Tantus ergo hic vir cum noſtri Ordinis Cõſtitutiones, & alia multa id genus, tum præcipuè præfati Patris noſtri, & aliorum eius diſcipulorum, ſanctitate, ac miraculis illuſtrium, vitę ſeriem rudi quidem ac ſimplici, veridica tamen narratione conſcripſiſſet, tandem non ita multò poſt è vita deceſsit: ex quo factum eſt, vel id ſummo ipſius Sancti Silueſtri altisſimę humilitatis ſtudio poſtulante; vel quòd veterum Patrum noſtrorum humilis, ac religioſa ſimplicitas rata ſibi ſatis eſſe fuerit, ſi intra noſtri Ordinis dumtaxat fines tanti Patris gloria contineretur; factum inquam hinc eſt, vt ab eo ſæculo vſque ad nos in publicam totius orbis notitiam (licèt nõnulli Auctores grauisſimi de eo meminerint) Silueſtri geſta nequaquam deuenerint; cum tamen quæ de eius virtute ſcripta ſunt, quotidianis fermè miraculis apud eius monumentum, in Eremo Montis Fani, in Eccleſia eius nomine Deo dicata ſitum, (teſtis eſt vniuerſus præcipuè Fabrianenſis Popolus) diuinitus oſtenſis confirmata hactenus fuerint, & confirmentur in dies. At verò noſtris tandem hiſce tẽporibus, Deo mouente, qui ſeruorum ſuorum, in quibus ipſe mirabilis prędicatur, gloriam, & virtutes in tenebris perpetuò iacere ac deliteſcere nõ patitur; ſed ad ſui gloriam, & Eccleſię Sanctę ſplendorem, atque vtilitatem fidelibus ſuis notas eſſe vult, & in omnium oculis atque ſermonibus ad veræ virtutis, & Chriſtianæ perfectionis exemplum asſiduè verſari; S. D. N. Clemens, huius nominis Octauus, diuina prouidentia Pontifex Maximus,

proximè

proximè ſuperioribus annis; flagitante id præſertim, pro ſua in S. Silueſtrum pietate, Illuſtrisſimo, ac Reuerendisſimo D. Antonio Maria Gallo Auximano S. Rom. Eccl. Cardinali, & Protectore noſtro, cognitis, & perſpectis adhuc diligentisſimè Silueſtri virtutibus, miraculis, ac ſanctitate, illum in Sanctorum numerum adſcribi, & in Romanum Martyrologium ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinali Baronio referri mandauit, prout factum eſt in poſtrema editione, die vigeſimaſexta Nouembris, qui dies apud noſtros, vtpotè S. Silueſtri morte conſecratus, ſingulis annis ab obitu ipſius in diuinis officijs maximè ſolemnis, ac celeberrimus ſemper extitit. Prætereà etiam idem Pontifex rogatu Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. Mariani Perbenedicti Cardinalis de Camerino in Silueſtrum mirificè ſtudioſi concesſit ijs, qui quaſcumque noſtri Ordinis Eccleſias vbique locorum conſtitutas eo die religioſè viſitauerint, Plenariam omnium peccatorum veniam, & remisſionem: Quam etiam Indulgentiam poſtea Paulus V. ſummus Pontifex, cum iam ceſſaſſet, iteratò concesſit. Atque ideò non modò congruum, ſed plane etiam neceſſarium viſum eſt noſtris, vt præclarisſima huius S. Patris geſta, iampridem à prædicto Andrea conſcripta, & poſtremò aliquorum Patrum ſtudio, ac diligentia in elegantiorem ſermonem conuerſa, atque in meliorem ordinem redacta, è quibuſdam quaſi tenebris, & ex monaſteriorum clauſtris in amplisſimam, ac ſplendidisſimam Eccleſiæ lucem iam tandem prodire debeāt:

quod

quod cum mihi oneris impositum fuerit, pro viribus vt omni cum diligentia typis excuderentur curaui. Si verò hanc historiam tibi, Candide Lector, gratam cognouero, eandem cum tota rerum præcipuarum ad nostri Ordinis annales spectantium enarratione, à Patribus nostris contexta, Deo dante, propediem vernacula lingua, quam etiam indocti percipiant, expecta. Intereà hisce te S. Patris nostri virtutibus meditandis ad sanctæ virtutis, & Christianæ perfectionis studium accende, tantumq; virum tibi apud Dominum Iesum, sanctissimamq; eius Genitricem assiduis precibus Aduocatum, & Patronum studiosè concilia. Vale.



DE VITA, MORIBVS, ET MIRACVLIS S. SILVESTRI GVZOLINI ABBATIS.

Liber Primus.

Ortus eius, & educatio. Cap. I.

IN EA Italiæ parte, quà non admodum longè lateque patet Picenus Ager, & castigatorum leuiter collium amœnitate diues, & omni genere frugum vbertate lætus, Auximum non admodum fastigiato in colle situm est, ad quinque millia passuum ab Vrbe Laureta, Beatissimæ Virginis domicilio toto Orbe terrarum celeberrimo nobilitata, disiunctum: Eius ditio, ac fertilis ager, ad superum vsque mare fere porrigitur: Vrbs inter cætera eius ore oppida, & diuitiarum copia, & insignium virorum fæcunditate nobilis. In ea inprimis clara est multaq. recenset sæcula Guzolina familia cui non exiguum ornamentum attulit Ghislerius, & rerum gerendarum scientia, & diuini, humanique iuris prudentia ornatus: qui æque præcipuę nobilitatis fœminam in matrimonium duxit. Porrò in-

ter eos,quos ex ea ſuſcepit liberos, Silueſter cẽ-ſetur is,quem Religioſa noſtra familia, & Ordo parentem,atque inſtitutorem agnoſcit. His ergo parẽtibus Silueſter natus eſt anno ſalutis humanæ circiter MCLXXVII. Pontifice Romano Alexandro III. Conſtat eum ab ipſa pueritia pios admodum hauſiſſe ſpiritus,& creſcente ętate bonis tum moribus fuiſſe, tum literis imbutum, vt iam tum in ipſo eius ætatis flore cerneretur virilis quædam,& robuſta maturitas. Mox vbi adoleuit Bononiam à Patre miſſus, vt iuris ſcientiæ operam daret, quibus ſtudijs vix deguſtatis, quòd animum ab honeſtiſſimo rerum diuinarum,plus quam par eſſet, ad humana negocia abducere viderentur, diuinæ diſciplinæ cupiditate incenſus, emenſo Philoſophiæ curriculo,ad ſtudium Sacræ Theologiæ ſe contulit: quo tempore,cum ea eſſet ætate, qua plerique mortalium per abrupta vitiorum feruntur, nihil ipſe de ſtudio pietatis vnquam remiſit: vt quidquid temporis à Theologiæ ſtudijs reliquum eſſet, id totum in religioſis pijſq. exercitationibus collocaret. Hæc, & alia huiuſmodi accepta traduntur à Venerabili Benuenuto Auximanæ Vrbis Epiſcopo, qui cum Silueſter Bononiæ familiariſſimè vixit, quemque in ſtudijs harum, quas diximus diſciplinarum, habuit condiſcipulum.

Auximanę

Auximanæ Ecclesiæ Canonicus creatur. Cap. II.

THEOLOGIAE studijs diuino beneficio feliciter absolutis, Siluester in patriam reuersus, excipitur ea, qua par est animi voluntate, & ingenti bonorum omnium gratulatione. At Pater simulatque cognouit, Siluestrum posthabito iuris ciuilis studio, Theologicas disciplinas auidè arripuisse, enimuero id ægerrimè tulit, atq. ita exarsit, vt quòd sic filio aditus ad honores claudi, vel impediri maximè viderentur, per decennium sua illum consuetudine, colloquioque priuarit. Porrò Siluester, quòd diuino quodam instinctu, ad ea se studia impulsum esse intelligeret, Patris indignationem iniuria conflatam forti animo tulit. Cumque increbrescente fama pietatis, atque doctrinæ ipsius, omnium sibi animos exemplo vitę, & honesta quadam consuetudine conciliaret, in Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ numerum, ingens omnium consensu ac lætitia cooptatus est, tum vero sacris initiatus, ad præcandi contemplandique studium animum appulit, ita interim, vt proximorum saluti, tum in priuatis collocutionibus, tum pro concione, cum ad populum verba faceret, quod faciebat idētidem, sedulo prospiceret.

Ad saniora consilia Episcopi animum reducere conatus, eidem infensus redditur. Cap. III.

PER idem tempus Episcopus quidam præerat Auximanæ Ecclesiæ, is minus rectè vitam suam instituens, non æque oues, exemplo, ac verbo pascere conabatur. Hunc sibi ex charitatis præcepto adeundum Siluester censuit, & ea qua par est modestia, atque animi submissione commonendum. Suadet igitur, vt videat etiam, atque etiam quo in discrimine versetur, tum sua ipsius salus, à qua multorum vita pendeat, tum quæ ad animarum auxilium plurimum facit boni nominis existimatio, eius se misereri, qui Christianam pietatem Sacramento professus, cæterisq. ad exemplum pietatis, virtutisque propositus ad eosdem scopulos, à quibus alios arcere, tuerique debeat, adhærescat. Huiusmodi sermonibus crebro Episcopum commonefacere, atque arguere zelo charitatis incensus Siluester non desistebat. Ille verò salutaria monita, non vt amici munera, sed vt hostis iacula ferientis excipere, indignabundus intueri hominem, documenta spernari: cumque Siluestri conciones pręsuis Populo probari sentiret, inuidentia flagrans dare operam cæpit, vt per summam iniuriam,

Canonicatus

Canonicatus beneficio spoliaretur. Porrò eius indignationem, & illatas contumelias ęquo animo tulit Siluester, omnesque vires intendit, vt Episcopum, & à deprauata vitæ ratione reuocaret, & eiusdem tamen existimationem, ac dignitatem tueretur.

Perfecta eius ad Christum conuersio. Cap. IV.

IN Hisce, alijsque sanctis functionibus Siluester ætatis flore consumpto, vt iam tum prę clara quædam emicarent sanctæ, ac religiosæ mētis indicia, cum annum ageret circiter quinquagesimum, ab omni sæculi vanitate, ad sanctiorem vitam, certiusque salutis iter, summo Dei beneficio traductus est. Eius verò ad Christi sectanda vestigia consilij occasio fuit eiusmodi. Vir quidam eò tempore nobilis è vita discesserat: Huic funebri pompa, vt moris est, in ædem maximam, cuius Siluester cum cæteris Canonicis, cultui, ac ministerio præerat, elato: iusta funebria rite soluebantur: Vbi ad sepulchri patentis ostium ventum est, ad illud (afflatu certe diuino) propius Siluester accessit, inspiciensque curiosiùs, Propinqui cuiusdam sui, paucis ante diebus mortui, cadauer agnouit, & tetro pędore oblitum, & horribili squallore confectum, cum

is alioqui dum viueret, non viribus modo corporis, sed venustate quoque oris, ac forma præstaret. Enimuero consternatus illicò, animo exhorruit, mox alta cogitatione defixus, secum ipse reputare cœpit miserabilem communemq. humanæ vitæ conditionem, quæ sępissimè in ipso etiam ætatis flore contabescit. Ergo ex ea cogitatione ingenti horrore perculsus, ea maximè verba vsurpasse dicitur. Ego sum quod hic fuit, quod hic est, ipse ero: peracto mox funere, compositoque cadauere, reuertenti in cellam Siluestro noua quædam lux oborta est, qua, & mortalium momenta rerum æqua lance pensaret, & ærumnas, ac miserias, quibus proposita est hominum vita, dispiceret: obuersabatur item animo identidem præclara illa Domini nostri de se sequenda sententia. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat Crucem suam, & sequatur me: quam vocem cum ad se pertinere præcipuè cēseret, ei obtemperare omninò apud se statuit, incertus tamē adhuc erat, atq. anceps, hanc ne viam, an illam ad sectandum Christum insisteret: & quidem iamdudum agitabat animo, statim ac liceret, montem quendam, cui nomen Nigro, in solitudine vltra superum mare sepositum petere, ibique sine interpellatoribus Deo vni, & sibi vacare. Verum consilij adhuc

incertum,

incertum,rectisq. euntem sensibus, alio diuertit diuina visio: sępius enim dormienti per speciem certa quædam loca sola, atque auia ostendebãtur, in quibus præclari illi ad Christianam laudem impetus, atque ardores de sectandis Domini,Sanctorumque Patrum vestigijs,re ipsa leniri possent,qua visione mirifice recreatus, magnum repente odium fastidiumque concepit rerum omnium humanarum, præsertim earum, quæ magnæ in primis à mortalibus habentur, honoris, ac gloriæ.

In Eremum secedit. Cap. V.

ERGO, vt exiret de cognatione sua, & de domo patris sui, Amicis,Canonicisq.atque ad eo infenso sibi Episcopo de hoc suo consilio quam accuratissimè cælatis, e cubiculo, atque Episcopo se quam occultissimè intempesta nocte proripuit, vt pro miraculo ducas, contubernalem illius,(erant .n. bini Canonici per singula cubicula distributi) nec surgentis motum,nec ianuæ sonitum, quæ aliàs non sine magno strepitu posset aperiri, persensisse. Et quoniam nouerat, Angelum Satanæ sæpè se in Angelum lucis transfigurare solitum, & complures, qui proprio sensu,nullo duce,atque auctore ducuntur,è

recto itinere declinantes, in maximos sæpè errores, ac prærupta scelerum fuisse prolapsos, Andream quemdam, è condicto, vt opinor, ea nocte conuenit, virum pietate, atque prudentia insignem: huic omnem consilij sui rationem exponit, Andreas diuino, credo, numine afflatus, nō modo patefactum collaudauit approbauitq. consilium, sed ne longior mora impedimentum aliquod interponeret, se illi itineris ducē ea ipsa nocte, postmodum crescente viri fama, consilij etiam comitem, doctrinæque discipulum adiunxit. Vrbem egressi, quo minus ab vllo mortalium prætereunte obseruarentur, siluas, & auia petiere. Cum eo loci ventum esset, vbi à propinquorum, amicorumque nullo se inuentum iri existimabat Siluester: Andrea cum ingentibus gratijs in Vrbem dimisso, ingenti gaudio, animique ardore in solitudinis penetralia secessit. Porrò solitudo illa, altusque recessus, non longe aberat à quodam oppido, Corradi cuiusdam primarii viri ditioni, imperioque subiecto, & ab Auximana Vrbe triginta circiter passuum millium interuallo seiuncto. In eo secessu cum aliquot dies, sibi vni, Deoque notus, in summa rerum omnium inopia traduxisset, lux ea diutius latere non potuit: ita enim fit, vt quāto quis maiore studio delitescere in tenebris conatur, tan-

to clarior virtutis splēdor erumpat. Ergo à Corra i popularibus, illac forte prætereuntibus, nec sin omnium stupore ob loci asperitatem inuentus est. Qui confestim in oppidum reuersi, ea de re Corradum certiorem fecere.

Acta eius in Eremo, Cap. VI.

CORRADVS porrò adeundi hominis desiderio, adscitis quibusdam è suis, inuium locum petit: inuentum agnoscit, quippe nouerat eum antea in Marchionis Curia, cum strenuè bonam suæ Ecclesiæ caussam defendendam suscepisset. Ergo ingenti gaudio perfusus, perspecta consilii approbataque ratione Siluestrum ad specum quamdam virentibus obsitam stirpibus perducit, is enim visus est commodissimus precationi locus, eidem postea quotidie alimēta suppeditauit. Cum vero ea specus perpetuis stillicidiis, & aquarum confluentium alluuionibus esset infesta, aliò se transferre cogitabat: cum ecce tibi Sacerdos quidam, & loci asperitatem, & periculum vitæ imminens secum ipse perpendens, auctor fuit Siluestro, vt interiorem commodioremque pœnitentiæ solitudinem peteret. In ea deinde nostri ordinis Cœnobium extruxit, cui nomen à Crypta. Quare dimisso cum

gratiarum

gratiarum actione Sacerdote, ita ad salubre pœnitentiæ studium animum contulit, vt eum sibi, ad illud vitæ institutum persequendum, locum aptissimum arbitratus, illa vatis verba identidē vsurparet. Hæc requies mea, hic habitabo, quoniam eam sæpius mihi Dominus eligendam in somnis ostendit. Itaque quantas poterat à suo corpusculo culparum pœnas ieiuniis exigebat, & precationi assiduæ studiosius insistebat. Hisce igitur armis contra Dæmonis insultus, & blandientis carnis lenocinia munitus, in hanc arenā Deo iubente descenderat: sciebat enim Christi tyroni, ad pugnandum cum Dęmone composito, eam propositam esse sortem, aut vincere huiusmodi armis, si occupasset, aut succumbere, si cessasset, quare periculosum, ac graue bellum sibi, partim à mundi illecebris, atq. inferioris animæ viribus, partim à Dæmonis astu illatum iri pertimescens, vt victor excederet, his ille armis se contra domestici, communisq. hostis insidias muniebat. Victos, cultusque rudis in primis, & asper, herbis interdum crudis vescebatur: sitim leuabat aqua, & omnium rerum penuriam constantissimè perferebat. Huiusmodi igitur persunctus periculis ad altiora semper contēdens, maiores in dies efficiebat in virtute processus, & posteriora obliuiscens, vt ait Apostolus, ad ante-

riora

riora tota cogitatione,atque animi ardore fere-batur, & magis semper idoneus euadebat, ad noua omnipotentis Dei charismata recipienda. Ex frequenti autem Dei beneficiorum recordatione,in eius maxime cogitationem, amoremq. rapiebatur: Corporis, animique pudicitia, Dei, Beatorumque Cœli Ciuium sibi amorem conciliabat; comitate,& facilitate morum ad se cō-fluentium animos deuinciebat, rerum spiritualium vsu in primis enituit, in iuuandis animis mira charitas,ita de se demissè sentiebat,vt non modo ab omni fastu,& inanis glorię studio semper abhorruerit, sed etiam omnium se infimum existimaret. His accedebat obeundæ Christi caussa mortis cupiditas, & singularis in omni labore, & aduersitate constantia.

Certum religiosæ vitæ genus instituit. Cap. VII.

IACTIS in hunc modum religiosæ perfectionis fundamentis, ita claros sanctimoniæ radios ex illis latebris (virtus.n.vel in tenebris lucet) emittebat, vt ad sese oculos conuerteret, pertraheretque mortalium: confluebant vndiq. populi, & Religiosi Viri complures eius fama permoti, è quorum numero plerique hominem nulli adhuc religiosorum familiæ addictum, in

suam

ſuam pertrahere conabantur, quibus non modeſtè minus, quàm prudenter reſpondere, ſe quã potiſſimum viam inſiſteret, nondum ſtatuiſſe, opus eſſe, & matura deliberatione, & interiore diuini numinis afflatu. Non ita multo poſt, cum ſecum de conſtituendæ vitæ ratione ancipiti cura deliberaret, neque omnino vigilaret, neq. altius eſſet ſopore depreſſus, ſed inter ſomnum eſſet ac vigiliam cõſtitutus, ac propè quadam exſtaſi abſtractus à ſenſibus, ſanctos quoſdam Viros, e beatis illis cæli ciuibus cernit, qui ſecum varias religioſorum familias duxerant, ſuis quiq. diſcipulis comitati, eodem planè veſtitu, quo dum viuerent in terris, Chriſto Regi militauerant: hi ſuam quiſque regulam, ſcriptaſque leges deferentes, Siluestro humaniter ſalutato, Vis ne, inquiunt, Fili noſtram regulam, habitumque ſumere? cumque Silueſter demiſſo capite, tacitus renuiſſet, Ecce tibi illis recedentibus Benedictus Patriarcha, vnà cum quibuſdam è ſuis Monachis, non modo illi ſeſe palam oſtendit, verum patefacto nomine, vt omni timore abiecto ſuam amplecteretur diſciplinam cohortatus eſt, & quam ipſe ſectatus eſſet, Chriſtianæ perfectionis iniret viã: quo viſo mirificè recreatus Silueſter, Beatisſimi Benedicti monita intra cordis ſinum diligenter complexus, gratias tibi, inquit, ago

Reuerende

Reuerende Pater ego indignus famulus, quòd me inuisere non sis grauatus mei cordis perplexitate detentum, faciam quod hortaris. Ergo magna animi alacritate, atque lætitia Benedicti religiosum institutum, nouus Christi miles amplexatus est, nouo armorum munimento, contra dæmonem strenuè dimicaturus Quocirca à Venerabili Monacho Petro Magono Siluester habitum se accepisse confirmabat, quo se illi indutum B Benedictus ostenderat. Atque ita humili vestitu recepto, ceruices iugo monasticæ disciplinæ submittens, tanquam nouus athleta Dei, certaminis campum constanter pugnaturus intrauit.

De primo Socio ad Siluestrum adiuncto. Cap. VIII.

PER idem ferme tempus, quo Siluester statuto vitæ genere magnos faciebat in dies in solida virtute progressus, oblataq. occasione, ad se adeuntium hominum saluti, eos piis sermonibus colloquiisque inflammando, operam dabat: missi sunt in Agrum Picenum à Pontifice Romano Legati religiosi Viri, pietate, atque doctrina insignes, qui in Clericorum vitam, & mores prudenter inquirerent: hi Siluestri fama permoti,

permoti, hominem conuenire ſtatuunt, ad quē vniuerſa regione celebrem, vel videndi, vel audiendi cauſſa quamplurimi confluebant. Itaque cum in latebras illas perueniſſent, à Siluestro humaniſſimè excepti, eiuſq. doctrinam compoſitoſque mores admirati, plura ſe, quam audierāt, ac maiora videſſe teſtati ſunt. Et licèt eum ad ſuum quiſque religioſum viuendi inſtitutum allicere conarentur, is tamen prudenter, ac modeſtè recuſauit. Quare legati, cum eius candorem ardoremq. animi in auſtera viuendi ratione retinenda cernerent, vrgere hominem deſtiterūt, veruntamen admonent, vt ne ſolus amplius omnino in iis locis in poſterum viuat; atque ita sūt ab illo digreſſi, vt reliqua Agri Piceni loca luſtrarent, commiſſumque ſibi à Summo Pontifice munus explerēt. Recinetum Vrbs eſt in agro Piceno cœli clementia, & pulchritudine agrorum ſeceſsui aptiſsima annuiſq. nundinis celebris, intra cuius fines, quod præcipuum videri debet, Lauretanum B. Virginis Domicilium Dei beneficio continetur. Hanc in Vrbem cum iidem legati veniſsent, in Virginum Deo dicatarum cœnobio pium quemdam Virum Philippum nomine offendunt: cui cum inter loquendum de Siluestri virtute, religioſoque inſtituto ſermonem iniecisſent, auctores fuere, vt ad ho-
minem

minem inuestigandum ipse quoque magno animi ardore properaret. Ergo ad Cryptam, ubi vir Dei latebat, itineris functus laboribus peruenit Philippus, quem ubi Siluester aspexit, nimirum diuinitus edoctus, proprio nomine consalutat, obstupuit ea nouitate Philippus, cum homini se sciret nusquã antea ne de facie quidẽ notum, quare gratias omnium creatori maximas egit, atque ab optimo cælestis disciplinæ Magistro instructus, cum apud eumdem sanctè, pieque uitam aliquamdiu traduxisset, ad sempiternam illam, ac beatam sedem, primus tanti Doctoris discipulus demigrauit.

De primo Cœnobio in monte Fa[...] extructo. *Cap. IX.*

CVM rerum à Siluestro gestarum fama permoti complures ad eius ductum, atq. institutum aggregari cuperent, Siluester ad ædificandum cœnobium animum appulit. Emicat non admodum longe à Fabriano (oppidum id est in Piceno mercatura nobile) fastigiatus admodum mons, angustiis siluisque præcinctus, in eo rupes exæsæ, & pendentia in sublime immania saxa terrorem aspicientibus incutiunt, laterosis deinde specubus, dumetis, arbustisque oblitus,

obsitus, locus in primis horribilis, ad quem difficilis ex omni parte, uel propè nullus patebat accessus: Monti à Fano nomen inditum, casu nè, an quòd ibi Antiquorum uana superstitio Diis mendacibus fanum extruxerit, incertum mihi, certe indicia nonnulla extabant, dirutorum passim murorum reliquiæ, & lemurum, faunorumq. multitudo ea tum loca incolentium, ingentesq. turbas, horrendum in modum, atq. uesana terriculamenta cientium, ut locus hisce lemurum terroribus, faunorumq. ludibriis infestus omnes aditu suo prohiberet. Hoc itaq. in monte electa Crucis signo Dæmonum multitudine, Sacellum B. Benedicti nomine, & primum nostræ Religionis Cœnobium, suæ posteritatis domicilium perpetuum cō[illegible]crauit. Complures ibi religiosis præceptionibus ex Benedictinorum uiuendi ratione excoluit, quos familiaribus sermonibus, ad demerendos animos aptissimis, & sanctimoniæ simul, ac frugalitatis exemplo, è cœno, ac luto uitiorum ad tutum uirtutis iter, atque à perdita, & flagitiosa uita, non modo ad sobrietatē, ac temperantiam, sed etiam ad contemptum rerum omnium humanarum, atq. adeo ad salutaria Christi consilia, intra septa illius cænobii sectanda conuertit, ex iisque Congregationem nostram primùm instituit anno MCCXXXI.
post

post Christum natum: viros quoscumque religionem poscentes, quos futuros in suscepto vitæ consilio constantes animaduerteret, ad suum institutum admittebat, & disciplina religiosa, summa cura, & prudentia informabat.

Admissorum Cœnobitarum viuendi ratio. Cap. X.

COENOBII viuendi ratio fermè erat huiusmodi. Antiquissima in primis erat omnibus Monachis Cœnobij disciplina, & Vitę religiosæ studiũ: Quæ exterioris hominis sunt, vestis admodum vilis, & aspera, ciborum magna simplicitas, non tam ad explendam, quam ad leuandam famem accommodata, suam inopiam, ac voluntariam paupertatem corrogatis eleemosynis leniebant, mira in omnibus religiosæ taciturnitatis obseruantia, crebras tum ad carnis macerationem, tum ad sæculi expianda piacula verberationes, & ieiunia identidem vsurpabant: dies, noctesq. diuinis laudibus Chörus personabat, mutua vigebant charitatis officia. Quæ interioris hominis sunt, statutum tẽpus sacris lectionibus, ac precationibus tribuebant: eratq. vnusquisque sui contemptor egregius: neque hæc sui contemptio quicquam de

bona cæterorum existimatione detrahebat, & ad summæ demum Christianæ perfectionis studium incumbebant. Neque vero eorum Virtus, & Charitas intra illius Cœnobij septa continebatur, sed ad externos quoque deriuabatur, ita vt inter ipsas auias solitudines, nemorumq. anfractus confluentium mentes, nefaria Dæmonis suggestione in fraudem vocatas, & carnis illecebra deceptas, à miserabili errore, sæuaque tyrannide, ad veritatem, quæ Christus est, & Euangelij libertatem, sermonibus, pijsque colloquiis reuocarent. Porrò quæ ad communem Cœnobii spiritualis vitę rationem attinent, fermè erant huiusmodi: nullum in illis ad amorẽ mutuum conciliandum desiderabatur officium, duce, ac moderatore Siluestro, quem omnes, vt parentem eumdem, & vnice diligebant, & valde venerabãtur; quæ res tum ad animos vinculo charitatis deuinciendos, tum ad mentes in suscepta prouincia stabiliendas plurimum valebat, conueniebant identidem in vnum locum, & suauissimos de rebus diuinis, de obseruantia disciplinæ, de rerum omnium caducarum despicientia sermones iniiciebant, & se mutuo ad solidarum virtutum studium, tum sui status, tum Dei beneficiorum recordatione, quasi flabello quodam excitabant, & ob eam rem sæpè de re-

bus

bus spiritualibus in commune conferebant, à precandi contemplandiq. studio, & sacramentorum frequenti vsurpatione, à quibus quotidiana, vt ita dicam, animorum salus, vt à cibo corporis firmitas pendet, nulla se vnquam re patiebantur abduci. His igitur aliisque eiusdem generis armis muniebant sese intra illius cœnobii parietes, contra tentationes, & insidias Dęmonum, quibus eos de statu mentis deturbare, & ab incepto dimouere conabantur.

Viuendi gubernandique Siluestri ratio. Cap. XI.

SILVESTER ipse omnium pater, omnes in officio, tum summa prudentia, tum eximia in omnes beneuolentia continebat; Cœnobii institutis suos in primis informandos, imbuẽdosque curabat, & in omni genere virtutum, earum præsertim, quæ ad animi submissionẽ, & rerum omnium, suiq. contemptionem spectant, exerceri cupiebat, paupertatis opes omnibus esse carissimas volebat, adeo pudicitiæ sectator, mentis, corporisque munditiam adamauit, vt omnem à suis, vel fictam suspicionem cauẽdam esse censeret. Si quis alicubi de recta via deflecteret, ipsis obstabat initiis, ne tota aberraret via, facilitate primùm, & mansuetudine agebat,

 si id


si id minus è sententia cederet, in viam illum seueritate, atque auctoritate reuocabat: Si quem aliquando cerneret, aliquid de visitato pietatis ardore remittere, adhibebat illico excitamenta, ne charitatis ignis penitus restingueretur. Porrò ne aliqua huiusmodi rima, atque labes in religionis ædificio extaret, qua deinde crescente, ingentem ederet ruinam, diligentissimè cauebat: Vbi quis contra nimio quodam feruore se abripi fineret, illum suo ductu agi minimè patiebatur: quare ne laboribus alacritas spiritus, & vigor opprimeretur, si quem immoderatius excurrentem vidisset, obedientiæ fræno cohercebat, magnam denique in omnibus rebus moderationem, & æquitatem adhibebat; precandi, contemplandique studium, & ipse vehementer excoluit, vt diximus, & in suis cupiebat esse præcipuum, quo nimirum in primis incalescit cor, & in Dei amorem exardescit. Atq. ex ardenti Siluestri in Deum charitate, egregia illa non modo in suos, sed in omnes etiam homines beneuolentia redundabat: conciones quā sæpissimè habebat ad populum, in quibus vnam Dei gloriam, & animarum salutem spectabat; quibus innumerabiles penè commoti, ad sanitatem mentis, & ad virtutis Christianæ viam redibant: ægrotos tum suos, tum cæteros amicissi-

mè

mè inuisebat, eorumq. afflictas mentes pijs collocutionibus, inopiam emẽdicata stipe, vel suo, seduloque ministerio recreabat: nullum ferme diem præterire sinebat, quin aliquid in pauperes erogaret; nullum deniq officium prętermittebat, quod ad proximorum auxilium pertinere videretur, iniurias sibi illatas patientia, & beneficiis peregrinos amicissimè excipiebat, humanissimeque tractabat: tanta constantia suscepta Christi causa negocia ad finem vsque perducebat, vt è sententia se, neque blanditiis, neq. minis dimoueri vlla vnquam ratione pateretur: frons semper eadẽ tum in prosperis, tum in aduersis, ita in rebus omnibus mentem æquam seruabat, vt nulla animi perturbatione, quæ à religiosa dignitate dissentiret, agitari posse videretur, mira morum elegantia, & totius corporis cõstitutione, vultusq. hilaritate, mirum est quãtum sibi omnium animos conciliaret, atq. adeo ad Christi stipendia emerenda pertraheret.

Innocentius Quartus Pontifex Maximus Siluestri institutum confirmat, & priuilegijs auget. Cap. XII.

CVM in dies parente, & conditore Siluestro, auctore, ac duce Deo, hæc nostra religiosa



ligiosa familia latè incrementa caperet, vt plerumque fit in rebus nouis, siue ab inuidis, atque maleuolis, siue ab iis, qui caueri cupiunt Ecclesiæ tranquillitati, in suspicionem vocari cœpta est: & partim cultus, ác noua viuendi ratio, nullis adhuc pontificiis diplomatibus, decretisq. confirmata, partim doctrina, ne qua forte ex ea hæresis extaret, in crimen adduci, ita vt non modo de nobis passim homines detrectarent, sed etiã nos bonis omnibus, atq. adeo religioso instituto spoliare conarentur. Verum statim excitatus hic turbo cõsedit, & conflata tempestas facile sedata est, ingenti procellam tranquillitate consequente. Etenim huic Siluester malo obuiam eundum ratus, quòd illæ præsertim criminationes, animarum procurationi impedimento esse viderentur, ad Vrbem se contulit, ac totius instituti formulam in capita dilucidè redactam Põtifici Maximo (is erat Innocentius Quartus) suppliciter expendendam obtulit, auctoritateque Apostolica sanciendam, quam ille vbi perlegit, non modo rite nostrum ordinem, sanctèque approbauit, atq. amplexus est, verum etiam diplomate confirmatum, multis priuilegiis auxit Anno Domini M.CCIIL. ab instituto Ordine anno decimoseptimo, qui fuit M.CCXXXI. Atque à Basilicæ Apostolorum Principis Archi-

presbytero,

presbytero, reliquisque Canonicis ad excitandum in Vrbe cœnobium Siluestro attributa est domus, & ædes Sancti Iacobi trans Tyberim sita, quæ à Septimiano nomen accepit, ibique piis hominum sumptibus, atq. eleemosinis cœnobium extructum, ad opus perficiẽdum magna hominum frequentia confluente, couehendis cæmentis atque lapidibus mira alacritate certantium, vt breui cœnobium ad fastigium culmenq. peruenerit.

Atque hęc habui, quæ cum de primorum nostræ religionis hominum, tum vero potissimum de ipsius Siluestri quotidiana, vt ita dicam vita, atq. moribus scriberem, seu potius leuiter adumbrarem, deinceps ad ea, quæ à Siluestro diuinitus supra naturæ vires gesta sunt, in secundo libro fideliter, breuiterq. recensenda accedam.



DE VITA, MORIBVS, ET MIRACVLIS S. SILVESTRI GVZOLINI ABBATIS.

Liber Secundus.



RES miras à Siluestro gestas hoc ferè toto libro complectemur, & multa quidem de eo mirabilia prædicãtur, quæ viri sanctimoniæ argumenta, & indicia non obscura esse censentur, licèt enim non ex miraculis, sed ex charitate potissimum in Deum, cęterisque solidis Christianisque virtutibus, spectanda sit cuiusq. probitas, ea tamen quoniam ferè Deus per ministros suos, homines ingenti animi submissione, & candore mentis ornatos edere solet, sequatur inde necesse est, ea ferè esse summæ perfectionis indicia. Nonnulla igitur huic historiæ intexemus, quæ Siluestro diuinitus accidisse narrantur.

De Dæmonis in Cœnobij ianuas debacchatione.
Cap. I.

NON destitit auctor malorum Dæmon, Monachorum mentes lactantes adhuc, vt ita dicã, grauioribus prçliis, & occultis artibus sollicitare, quibus sæpè incautas mentes hominum ad præclara contendentium, si vel suis confidant viribus, vel proprio sensu ducantur, facilè in fraudem impellit, sed irriti omnes eius conatus Deo annuente cessere. Hac ratione doli cuniculisque oppugnandi posthabita, vbi se nihil proficere intelligit, irruptione, & aperta vi crassari constituit, tanto minus periculoso certamine, quanto plus videtur habere terroris. Ergo nocte quadam, prima quietis hora, tanto strepitu fores ianuæ concussit Dæmon, vt non modo ianitor ipse, sed cuncti propè Monachi tam crebris, ac sonoris ictibus excitati sint, vehementique trepidatione commoti. Ianitor, cui nomen Prospero, illicò surgens ad portam aduolat, & per fenestellam cuncta rimatus, neminem cernit, compellanti respondet nemo, redit in cubiculum, iterum ingeminantur ictus maiori quàm antea debacchatione, excitat tempestas illa vniuersum cœnobium, Ianuam cum quibusdam

dam aliis repetit Ianitor, conſpicatur circumquaque, ſed inſultor Dœmon nuſquàm apparet: Monachi ingenti tùm admiratione, tum metu perculſi in cubicula ſe recipiunt. Tertiò ad ludum redit Dæmon, nimirum quos videbat ita ſtudio virtutis, ac religionis addictos, vt nulla inde caducorum bonorum ſpe, aut voluptatum illecebris auelli poſſent, hos inanibus terriculamentis, ac ſpectris facilè perturbatum iri putabat, quaſi eſſet ſibi cum pueris decertandum: Ergo cum tertiò maiori adhuc ſtrepitu quàm antea deſęuire cœpiſſet, confeſtim ad eam peſtem auertendam Monachi metu trepidantes, ad Silueſtrum intentum precibus, nec rei ignarum, tamquàm ad ſacram anchoram, communi conſenſu confugiunt, totius rei ſeriem narrant: opem auxiliumque efflagitant: ille ſereno vultu tranquillitatem mentis indicante, iubet homines bono eſſe animo, ſibi explorata eſſe Dæmonis conſilia, eius terriculamenta nihili ducere, & ſimul fratribus proſequentibus, ad ianuam profectus, imperterrito animo in Dæmonem fertur inuectus. Erubeſce nequam, & immunde ſpiritus, ſuperbiæ princeps, & auctor, iã demum fractos intellige tuos conatus virtute Dominicæ necis, Ecce, qui te vſque ad ſidera extollebas, tandẽ intellige, te ſupremo iudicii die ſtultiſſi-

mum

mum remansurum: vehementer erras, cum telis, quibus nos oppugnas, ipse vincaris: recede igitur impudētissime Dæmon, & ad suppliciorum tuorum cumulum redire ne differas. Vix hæc Siluester, cum Dæmon illicò vlulans, ac perstrepens tanto impetu per montis abrupta sese præcipitem dedit, vt totus ipse mons suis conuulsus radicibus ruinam minari videretur.

De Lupo in cellæ ipsius custodiam dato.
Cap. II.

EMANABAT è sinuoso flectentis se Montis Fani cubito perennis fons gelidæ aquæ, quæ piscinulæ cuiusdam speciem referebat, hæ Siluestri deliciæ, cum vel fessum laboribus animum recreare, vel sitis, famisq. molestiam simplici pane, & aqua leuare vellet, vel deniq. cum ex consideratione rerum harum creatarum, qui adeo oblectant animum, in Dei quod verum animæ oblectamentum est, cogitationē amoremq. dulcissimè raperetur. Hic sedentē aliquando, & ordeaceo pane famem sedātem, ac frigida sitis ardorem temperantē, tres viri offendunt, qui conueniendi, visendiq. hominis caussa, è propinquo Fabriani oppido discesserāt, quorum vnus, dum hæc, iam tum scriberētur, & superstes erat, & solitus

litus id crebris vsurpare sermonibus: hos ergo cum vidisset Siluester, Lupum secum commorantem, ac suis diuinitus parentem imperijs tātisper abire iussit, qui capite caudaque ablanditus abscessit, & quà Siluester edixit, auiaq; & nemora petiit, vt vel hinc intelligi queat, pietatem, ac sanctimoniam, vel inter ipsas ferocissimas bestias, esse tutam, & mansuetudine, atque lenitate non modo frangi debilitarique hominum iras, atque vesanos furores, sed innatam etiam belluarum ferociam diuina annuente clementia mitigari. Ea profectò res non fugit eorum hominum oculos, & quæ tibi societas, inquiunt, Pater cum huiusmodi bellua, quæ omnibus esse infesta solet, atque exosa? ille, custos, inquit, est meæ cellulæ fidelissimus, & eam ab omni ferarum incursu constantissimè tuetur, ad mea est mandata, ita Deo placuit, exhaurienda paratissimus, quæ non iubetur, non audet, quę iubetur, prompte exequitur. Illi rem tacitè admirantes, diuinarumque collocutionum epulis refecti, domum pręcipuo quodam pietatis ardore incensi reuerterunt. Neque verò tantopere mirandum est, tam feram belluam Dei famulo subiectam, qui suam ipse mentem atque animum Deo omni ex parte subiecisset, vt quia Deum in se omninò, vt par est, dominari sinebat,

bat, ipse vicissim in animantia rationis expertia, imperium primorum parentum contumacia amissum recepisse videretur.

Ingens saxum adhibito à Siluestro Crucis signo facili negocio transfertur. Cap. III.

EXCISVM non longe à Cœnobio saxum, ac bene dolatum, altaris ministerio consecrandum, ab omnibus cœnobii monachis, adhibitis etiam ad operam externis hominibus, ne loco quidem dimoueri poterat, ac si altissimas humi radices egisset, quippe apparebat pium illorum conatum mali Dæmonis artibus eludi: quocirca cum frustra se tanto ponderi obluctari cernerent, Siluestrum euocandum censent, quo accito, & salutari ab eo signo Crucis adhibito, tam facilè lapis ille conuehi cœptus est, vt omnes aridum lignum, non molem illam ingentem vectare viderentur, vt exinde apparuerit illusorem Dæmonem delusum recessisse.

Præcipitatum à Dæmone incolumem B. Virgo restituit. Cap. IV.

IBAT de more Siluester sub noctem intempestam ad vsitatum in Oratorio psallendi pre-

precandiq. pensum ritè Deo cum fratribus persoluēdum: cumq. inter eundum descendere cœpisset quosdam scalarum gradus, supplantante Dæmone, pręceps per illas scalas datus est, ingēti impetu totisq. ponderibus deuolutus. Luna minimè pernox erat, Cælum ingenti tempestate, & aquarum alluuione desęuiebat. Venti inter se aduersi certabant, omnino nox opaca, & horribilis, vt ad Viri patientiam Christo permittēte tentandam, dæmones, cælum, elementa conspirasse viderentur. Siluester porrò afflictus, & consauciatus ita iacebat humi, vt & propter lubricum solum, & debilitatum corpusculum conatus sæpius exurgere, illico maiori cum dolore recideret, vt ne reptando quidem ingredi posset. Ergo fratrum auxilium in Choro psallētium sæpius implorat, sed præ concinentium strepitu, præque horrisono imbrium, ventorumq. fragore exaudiebat nemo. Semiuiuus igitur miserandum in modum iacuerat aliquandiu, super frigidam, & lutulentam humum, & pluuiæ ventorumq. tempestate penè obrutus, magnam tamen animi tranquillitatem constantissimè retinebat, recrudescentibus autem propter frigus, & nocturnum aerem vulneribus, dubium non erat, quin esset in ea calamitate animā efflaturus, nisi

ipse

ipse oportunè ad implorandam B. Virginis opẽ confugisset, quare precabatur sanctissimam, atq. clementissimam Dei Matrem, vt ne se tam subito filiis, quos Christo genuerat, absentibus ex hac vita migrare pateretur, neq. enim mortem horrebat, quam semper æstuāti animo peroptarat, cum speraret mortis huius beneficio se vitã cõsecuturum sempiternam, suorum tamẽ caussa tantisper differri, nam & si dudum ipse dissolui cuperet, & esse cum Christo, atque adeo ad cælestem patriam tota semper mente atque animo ferretur, tunc tamen suo posthabito bono, proximorum vtilitati, & commódis consulendum esse censebat. Affuit precanti clementissima Virgo, augustissimo aspectu, & beatissimo lumine fulgens, ac se palam incredibili benignitate spectandam dedit, eumque non modo incolumem reddidit, vt solę ad rem testandam relinquerentur vulnerum cicatrices, verum etiam, ne sentientem quidem in cellam temporis momento restituit, atque extemplo discessit in Cælum. Enim uerò obstupuit Siluester, & Beatæ Virginis benignitatem expertus, in eiusdem patrocinium, recenti præsertim illius in se beneficio atque misericordia inuitatus, clientelamque confugit, & arctiori quàm antea amoris vinculo eidem VIRGINI Sacratissimæ

sese

sese obstrinxit. Hoc etiam idem studium, eandemq. pietatem in suis cupiebat esse præcipuè. Interim fratres mirati nocturnæ psalmodiæ non adiuisse de more Siluestrum, morbum forte suspicati, frequentes ad cubiculum die illucescente conueniunt, faciem adhuc sanguine liuoribusque insignitam aspiciunt, caussam quærunt. Is primum modestè dissimulans, quasi suis ipsius id peccatis accidisset, rem tamen omnem post aliquot dies multis fratribus enunciauit, quorum nonnulli cum hæc primum sunt mandata literis superstites erant.

Percussorem suum lepra correptum liberat. Cap. V.

NON ita multo post, Adolescens quidam, cui nomen Seruulo, Fabrianensis institutum nostrum sequi vehementer optabat, id tamen impetrari à se non prius passus est Siluester, quàm Adolescentis constantiam diligenter exploraret, quem tandem, cum se is ad molestissima quęque perferenda paratum esse confirmaret, hilariter excipit, & fratrum numero adscribit: Huius porrò in ordinem ingressum sequutę, vt sæpe fit, parentum atq. propinquorum querimoniæ, ac turbæ excitatæ complures. Ij enim,

quippe

quippe qui carnales adhuc, ea, quæ sunt Spiritus Dei, percipere non possent, rei nouitate permoti armata manu confestim ad Cœnobium veniunt: ibi cum planius rem totam cognouissent, plangore primùm, & eiulatu omnia compleuerunt, sed frustra adhibiti conatus (omnem enim difficultatem vicit ingenuus animus, & pertinax in Adolescente constantia, & quem non austeritas vitæ, non vestis aspera, & vilis, non monastica disciplina ab instituto deterruit, hunc neque parentum blandimenta, neque propinquorum fratrumque terriculamenta ab incepto cursu non modo non retardarunt, verum etiam quasi calcaribus additis currentem incitarunt: magnanimi est enim in arduis rebus capessendis, neutiquam sinere à semel instituto cursu se abripi, quin potius contra maiores fluctuum impetus summa audacia opponere sese, eosque perfringere atque deuincere.) Hic verò è consanguineis quidam furore percitus, malè pressum acerbitatis suæ virus euomuit, etenim per summam audaciam, atque impudentiam in medio cætu, & colaphum Siluestro palam impegit, & adolescentem violentus abstraxit. Porrò Siluester contumeliam tanta animi moderatione, & æquitate pertulit, vt Euangelici memor consilij, illicò maxillam alteram percus-

ſori cædendam exhibuerit, & non modo verbum acerbius non protulerit, ſed ne minimum quidem ſignum irritati animi, vel turbatæ mentis oſtenderit: inſigne ſanè manſuetudinis, ac patientiæ documentum, & certiſſimum ſolidæ perfectionis indicium. Verum enim vero Deus iuſtus iniuriarum, quibus prǽſertim ſui afficiuntur, vltor, ac vindex, non eſt paſſus tantam temeritatem impunitam: Vbi enim ille tam tetro ſe ſacrilegio polluit, turpiſſima repentè lepra corripitur, nec prius, adhibitis fruſtra medicamentis, curari potuit, quàm per pænitentiam reſipiſceret, & ad Silueſtri pedes prouolutus, veniam commiſſi facinoris gemens, & lacrymabundus expoſceret: orabat ſupplex collo zona iniecta, ne Siluester ſe pænitentem abijceret, agnoſcere culpam, & fateri iure ſe illo morbo vexari, curationem vero non niſi à Deo per Silueſtrum ſperare, non magis ad ignoſcendum quàm ad hoſtes beneficijs etiam cumulandos paratum. Ergo mœrentem iacentemque Silueſter benigniſſimè ſubleuat, pijſque verbis conſolatur, non minore quàm antea manſuetudinis documento: mox fuſis ad Deum precibus, ægro ſalutari Crucis ſigno impreſſo, bene precatur. Senſit is continuo diuinam ſibi adeſſe virtutem, & retentis in facie fugati morbi veſtigiis,

giis, pristinæ incolumitati, Dei beneficio, & Sancti viri meritis restitutus est.

De contractione Membrorum cuiusdam Monachi curata. Cap. VI.

PHILIPPVS quidam de Varano vir nostrę religionis, & patris nostri Siluestri aliquandiu comes, in grauem difficilemque morbum inciderat, ita vt contractis genibus, omni prorsus officio pedum destitueretur, & medicamentum nullum, nulla fomenta prodessent: commorabatur is tunc in cœnobio S. Petri de Monte, intra fines Auximanæ Diœcesæos, eò Siluester se contulit, quo viso debilis mirificè recreari cœpit, & mox Siluester ad precandi numinis remedia confugit, tum adhibet ad contracta genua salutare Crucis insigne. Res mira, extempore ægri genua fragore quodam edito constrepunt, diriguntur, firmantur. Philippus igitur doloribus planè liber, ac morbo constitit, Deo gratias maximas egit, & beneficii memor Siluestrum præcipua obseruantia perpetuo coluit.

Puerum diuinitus sanat. Cap. VII.

GVALDVM (oppido id nomen est in Vmbra) iter aliquando cum faceret, exceptus est nocte perhumaniter ab eius oppidi incolis, qui alioquin Siluestrum plurimum obseruabant; manè verò vt illuxit, iter institutum cum comitibus arripit, cum ecce tibi mulier oppido egressa, tanquàm altera Chananæa inclamat, & inquit, serue Dei præstolare me: cum ille substitisset, accurrit fœmina cum filio, cuius facies morbo quodam insanabili exedebatur, ac gemebunda Siluestrum orat atque obsecrat, nisi opem ferat, filium omni spe salutis destitutum: At ille, næ tu inquit mulier falleris, Apostolorũ ista sunt opera, non mea, his verbis incensa potius, & audacior effecta mulier instare vehemẽtius, vrgere, efflagitare: maternum animum, misericordiam, charitatemque obiicere. Quare Siluester qua erat lenitate, & charitate, precibus se vinci passus est, ne illam sua fide, maiori Deum laude fraudare quodammodo videretur: Itaque salutis nostræ signo super semiuiui pueri faciem designato, huiusmodi verbis diuinam clementiam implorauit. Omnipotens Deus ne respicias ad peccata mea, sed ad huius fœminæ

ſidem, & in eius filium affluentes tuæ bonitatis fontes aperias, vt graui hoc morbo fugato, tua in ſanato puero virtus potentiſſima cognoſcatur, cumq. ipſius comites ad hæc verba reſpondiſſent, Amen, illicò diuina virtus, tum ſalutare ſignum, tum B. Viri precationem ſubſecuta, puerum incolumitati reſtituit.

Laboranti ex capite fœminæ ſalus reſtituitur.
Cap. VIII.

PRIMARIA quædam fœmina ciuis Fabrianenſis, acerbiſsimo capitis dolore diù laborauerat, & adhibitis fruſtra remediis, omnẽ ſpem prorſus recuperandæ valetudinis abieciſſet, niſi illi radius diuinæ gratiæ per Silueſtrum affulſiſſet: illa enim cogitatio eius animum ſubiit, fore, vt ſi vel capillum capitis, vel barbæ pilos aliquot viri ſanctiſſimi capiti ſuo applicare poſſet, grauiſſimo illo dolore liberaretur: Cumq. id palam tentare non auderet, clam accerſitum tonſorem, qui capillum Dei viro tondere conſueſſet, rogat, vt ad ſe nonnullos ex illius barbæ pilis primo quoque tempore, nemine prorſus, ne ipſo quidem Silueſtro conſcio tranſmittat, tonſor Corteſonus nomine, tantam fœminæ fidem ac pietatem demiratus, facilè precibus

permouetur. Vbi primum fuit illi Siluestri barba tondenda, clam pilos aliquot ad fœminam transmittit: illa spei iam, & gaudii plena, susceptos magna cum veneratione pilos capiti suo malè affecto admouet. Res mira, vix pili caput attigerunt, cum repente dolor omnis abscessit, vt nescias quid magis mireris, fidem ne fęminæ, an Siluestri virtutem.

De igne Siluestri precatione meritisque restincto. Cap. IX.

HAVD ita multo post, cum Fabriani versaretur, per imprudentiam ancillæ cuiusdam factum est, vt sub multam noctem in ędibus filiorum Rainaldi Rigutii viri primarii ignem plurima materia (sarcinæ erant propè sexcentæ) conciperet, qui primum paulatim serpens alimenta largius sumebat, impellente pręsertim vento vehementiore, deinde vero tantum dare cępit incendium, vt flamma altissimæ turris eiusdem domus fastigia exæquare, & oppido vniuerso vastitatem minitari uideretur: conclamatum illicò est de more ad ignem ære campano, lamentationibus, uociterationibus, edictis, quòd communis propemodum res ageretur, & omnium salus, & fortunæ in discrimen adducerentur.

rentur.

rentur: maximi illò concursus facti, frustra adhibiti omnes conatus, cum Siluester rumore, ac strepitu excitus, ac suspicatus id quod erat, misericordia commotus illicò prodit: ecce autem obuium habuit nuncium à Bertaldo Corradoq. Rainaldi filiis, Siluestrique amicis, qui Siluestro rem ex ordine nunciaret, opem etiam atq. etiam peteret, nec prius rediret quin exoraret, in eo positam esse spem nō modo suam ipsorum, sed oppidi totius, his precibus magis incensus Siluester, eo statim se contulit, ac benedictum à se panem, quem ab eis acceperat, in flammam aduersam, ea lege, & cōditione Dei nomine coniecit, ne quid amplius præter panem illum liceret absumere, & in se ipse deficeret: paruit ignis, & in exiguos redactus cineres nihil præter coniectum panem absumpsit, reliqua enim ut Siluester iusserat, intacta reliquit.

Oppidum item Serræ Sancti Quirici ab incendio vindicat. Cap. X.

NON absimile huic est illud, quod eidem Siluestro contigit in cœnobio non procul ab oppido (Serra Sancti Quirici appellatur) cōmoranti, ubi Siluester templum Deo, Beatoque Bartholomæo dedicarat, conceptus ignis con-

ſpirantibus uentis, toto probè oppido graſſabatur, cunctaſq. fere ædes inuadebat impune: ſtrepitu igitur, ac tumultu excitatus Siluester accurrit, & rei nouitate miſerabilique ſpectaculo permotus, precatus tacite eſt Deum, ne ſua illos ope deſtitutos eſſe uellet; Cumque ita aliquandiu conſtitit, igni ſignum Crucis oppoſuit, ille ac ſi fluuius ingens in eum irrumperet, retro agi primum cœpit, mox etiam penitus euanuit, nulla poſt illam Crucem in aere à Siluestro deſcriptã, ne minima quidem re, uti diligenti cura eſt animaduerſum, ulla ex parte læſa. Creuit mirum in modum hoc Dei beneficio erga Siluestrum oppidanorum ſtudium amor, obſeruantia, ut eius deinde laudum egregii præcones extiterint.

De reſtituta Claudo valetudine. Cap. XI.

NON minoris faciebat Siluester ſi homines è cęno uitiorum ereptos, in tuto collocaret, & animorum ægritudines morboſque curaret, atque diuina ope ab omni labe peccati detergeret, quam ſi claudis greſſum, ægrotis ualetudinem, lucem cæcis reſtitueret. Ita tamen ut dum præcipuè ſtudium curandorum animorum coleret, morem interim in patrandis miraculis,

culis,sanandisque corporibus, vbi & amor erga proximos, & maior Dei gloria postularet, non omitteret. Non ita multo post quàm Serram Sancti Quirici, oppidum vt supra docuimus,ab incendio diuinitus vindicasset,frequentes in eodem oppido conciones habebat, animosque ad omnem pietatem inflammabat. Inter erat aliquando concioni Claudus quidam, ita pedum ministerio, vel ab ipso vtero destitutus, vt genibus, ac manibus reptare cogeretur; hic persuaderi sibi à quibusdam facilè passus est,vt cum spe certa salutis recuperandę ad Siluestrum propius concionantem accederet, ad quem vbi peruenisset,quo is nitebatur,baculum summa fide prę hendit manu, quod vbi animaduertisset Siluester, oculisque inter concionandum in claudum defixis, mox ad propitiandum numen,defixo in Deum mentis obtutu, bis claudo dixisse fertur. Surge fili. Surge fili: ille confestim corroboratis cruribus in medio constitit. Magna est consecuta gratulatio omniaque gratiarum actione personabant,cùm pateret vera esse, quæ Siluester doceret, quippè quæ à Deo prodigijs comprobarentur.

De animi submißione ipsius in cuiusdam veteris testamenti loci sententia indaganda.
Cap. XII.

MIRAE fuit ſolertiæ, atque vigilantiæ, in excitãdis ad pietatem mortalium animis, & à Dæmonis tyrannide ad ſuaue Chriſti Domini iugum traducendis, ita tamen proximorum ſalutem curabat, vt ſuæ interim, & ſalutis, & ſtudii perfectionis non obliuiſceretur, animi ſubmiſſionem adamabat in primis, ac de ſe ſuiſq. rebus adeò humiliter, ac demiſſe ſentiebat, vt cæteris omnibus de pietate, ac virtute concederet: honores multos, & ſæpè oblatos vltrò reſpuit magna animi conſtantia: lectitabat identidem ſumma cum auiditate ſacros vtriuſque teſtamenti libros, ac tãquam ex amæniſſimis hortis flores varios decerpebat, ſicubi locus obſcurior, & ad explicandum difficilior occurreret, ad eas tenebras fugandas, eliciendumq. ſenſum verum, ac tutum, vel ad pias preces lachrymaſq. vel interdum etiam ad ſimplicem aliquem è ſuis Monachis, eundemque humilem, & contemplationi, precationique deditum, ſumma animi demiſſione confugiebat: etenim exiſtimabat nõ minus cognitionis rerum diuinarum, homines impe-

imperitos, ac rudes, dummodo in ea inſcitia, candida quædam ſimplicitas, & ardens in Deũ Charitas eluceret, quàm ſapientes ipſos aſſiduo ſtudio, & acumine ingeniorum conſequi poſſe. Factum eſt aliquando, vt cum de more Hieremiam Prophetam attentiùs legeret, in quẽdam locum difficilem incideret, cumque diu ſecum ipſe fruſtra meditatus eſſet, ad precandum Deũ confugit, in eaque precatione plures dies conſtantiſſimè perſtitit, verum tamen ſenſum vllum expiſcari non potuit. Degebat peridem tempus in cœnobio altæ rupis, vt dicitur (is vicus eſt, qui à Monte Fano, in quo primum cœnobium à Silueſtro excitatum diximus, triginta circiter paſſuum millibus diſtat) Simon quidam, Silueſtri in ſtudio perfectionis diſcipulus, miræ vir Innocentiæ, ac ſimplicitatis, & licèt alioqui rudis, ac literarum penitus ignarus, ſumma tamẽ, tum pondere orationis, tum morum elegantia, apud omnes auctoritate: hunc ſibi Silueſter humilis magiſtrum deligendum, & conſulendum putauit. Ergo arrepta inter loquendum occaſione, eum blandè alloquitur, ac ſumma animi ſubmiſſione Dei nomine obteſtatur, vt quid de ſenſu loci illius ſentiret exponeret, facturum ſe exiſtimaret rem gratam ſibi, & Deo. Ille demiratus viri humilitatem, inſcitiam ſuam cœpit

obiicere,

obiicere, munus esse illud literatorum,& sapiẽtum hominum, in quorum numero esset etiam ipse Siluester: quòd si sui periculum ea ratione faceret, se gratias ingentes agere. Siluester contra instare vehementius, non tentare se hominis virtutem, sed illi loco lucem exposcere. Simon tanta animi submissione superatus exorari se passus est, ne quod inobedientiæ fortè crimen incurreret, pariterque in Cœlum oculis menteque defixis, atque diuino implorato auxilio, diuina subito oborta luce, omnes, quod ad sententiam illam spectabat, tenebras è Siluestri mẽte discussit, qui mirificè recreatus, ad cœnobium Montis Fani reuertitur, & sui contemptor egregius, & æquissimus fraternæ virtutis æstimator, cui non tam ingenii subtilitas, quàm merita humilitatis, sacrarum literarum sensa abdita ita patefecit, vt nescias hac in re cuius magis humilitatem mireris, huius ne qui sciscitando, an illius qui eam subterfugiendo præsetulit. Porrò Simõ hic, quem dixi, & Prophetiæ dono admirabili, vt in præsensione mortis cuiusdam fœminæ, & miraculis etiam post mortem enituit: magna itẽ fuit, vt supra diximus, vitæ sanctimonia, & morum simplicitate conspicuus; Nam ex consideratione interdum vel minuti flosculi, in Dei amorem, & contemplationem suauissimè ferebatur.

tur. Cerasus arbor floribus vestita prætereunti aliquando Simoni, intuentique, & in Deum ex intuitu illorum florum pulchritudine rapto, se venerabunda quodammodo, ac suis diffusa ramis, multis inspectantibus, ad terram vsque demisit.

De Prophetiæ dono. Cap. XIII.

AC ne prophetiæ quidem insigni dono videtur caruisse Siluester, siquidem ea tempestate Nobiles viri duo eam Picæni regionem, quam fluuius Aesis præter fluit, latrocinijs, & rapinis infestam reddebant. Si quod periculum adesset, se in munitissimum quoddam castrum recipiebant, quod exædificatum erat inter Rabeæ saxa (nomen est fluuij) quà Aesium itur, Vrbem olim totius Picœni caput, illic aliquando cum Siluester iter faceret, vt cœnobium quoddam viseret, de Insula Isaac vocitatum, infames hosce latrones insigni crudelitate nobilitatos obuios habuit, ac de more ad eas lucrandas animas omnes vires intendere, atque huiusmodi fermè oratione cœpit homines admonere, Cur ò miseri sinitis tanta vos crudelitate constringi? Cur Dei iudicium non pertimescitis, quod vobis impendet? Desinite agere

peruersa, discite recte agere, resipiscite tandem, & ad Deum celeri veraque pœnitentia reuertimini: Alioquin citò in vos Dei iudicium, atque ira desæuiet, ipse enim vltor est scelerum. Illi tam salutaria optimi Patris monita respuere potius, atque horrere, quàm ferrè visi sunt. Ergo miseri ad suum institutum atque domicilium redeunt, triduoque post a suis ipsorum consanguineis miserè necantur. Huic rei præter duos alios Monachos, Pater Benedictus de Fabriano vir integer, & magnæ auctoritatis interfuit, huius vaticinii postea locuples testis, ac præco.

Fœminam cæcam illuminat. *Cap. XIIII.*

FOEMINA Fabrianensis oculis capta, non secus ac si fuisset ab ortu ipso cæca, nihil omnino cernebat, ac tanto propterea in mœrore iacebat, vix vt cæcitatis molestiam ferre posset. Ergo multos iam annos in ea calamitate traduxerat, cum illi radius consilii salutaris affulsit. Iam tum Siluestri, & vitæ innocentia, & in patrandis miraculis virtutis fama nõ Fabriano solum, verum etiam vniuersa prouincia percrebuerat, quare occasionem fœmina non esse prætermittẽdam rata, plena spei ad Cœnobium Sancti Benedicti, quod erat in Monte Fano, se

per-

perducendam curat, & ad Siluestri pedes prouoluta suppliciter orat, vt sibi oculi lucis huius vsura destituti, salutari signo à Siluestro signentur. Afflictæ fęminæ morbum, & calamitatem Dei famulus miseratus, exertis digitis contra eius oculos Crucem efformat, & mulier, inquit, vade in pace, quòd si quod hodie à Domino beneficium acceperis, nemini patefacias, verum illi gratiam habe, qui cæcorum tenebras illustrat. Illa cum certa spe reuertens, antequam domum perueniret, diuinitus vim facultatemq. cernendi recepit, & repentino miraculo stupefacta, oblitaque quid nam sibi esset à Siluestro interdictum, cœpit rem totam passim celebrare, Deoque ac Siluestro gratias maximas agere.

Trabem diuinitus protendit. Cap. XV.

AEDES quasdam in cœnobio Montis Fani exædificãdas curabat suorum commoditati Siluester, conductis ad id operis, & Architectis: Accidit autem, vt cum ad culmen parietes excreuissent, ad tectum imponendum, sustentandumque, nonnullis trabibus esset opus. Faber lignarius trabis cuiusdam, antequam illa ad contignationem sustentandam parietem

vtrumque coniungeret, particulam,qua menfuram excedere exiſtimabat,prçcidere cogitabat. Re animaduerſa Silueſter ſuadet homini, ne ante trabis capita parietibus admouere conetur, neue quicquam abſcindat, quàm ter eiuſdem longitudinem eſſet diligenterque dimenſus: Ille neglecto ſapientis Viri conſilio,ſuo iudicio prçfidens,trabem illicò diſſecat, quam deinde cum opera in deſtinatum locum inſerere,& parietum foramina vtrinq. traiicere vellent, tandem ſentit faber eam multo eſſe breuiorem , quàm vt poſſit ad partem utramque pertingere , tunc ſuam accuſans pertinaciam ad Silueſtrum accurrit, & ingenti pudore ſuffuſus ueniam precatur. Silueſter qua erat humanitate, iubet hominem bono eſſe animo, trabemque iterum collocare , laturum opem Deum , urgebat ille Silueſtrum , ut ipſemet opem ferret, facilius à Deo impetraturus, & mox utrinque iuſſu Silueſtri ſeorſim ambo trabis capita comprehendunt, & in contrarias partes diſtrahentibus , trabis extenſio quantum opus eſſet , diuinitus conſecuta eſt , & ſimul omnium, qui aderant admiratio, cum Dei rerum admirabilium effectoris , & ſancti uiri laudatione coniuncta.

De eiusdem Ecstasi. Cap. XVI.

SVMMA quadam pietate, atque ardore animi Christi liberatoris nostri actiones, & singularia in nos merita dies noctesq. recolebat: præcipuo tamen studio, quæ nostra caussa perpeti voluit, identidem secum ipse reputabat, cumque illius verbera, spinas, clauos, crucemq. contemplaretur, magnam vim lachrymarum profundere solitus erat, vt sæpe quiescentibus fratribus, vigilaret ipse, & psallendo dulcem in se Christi necis, & cruciatuum memoriam excitaret, flagellisque se, ac funiculis acerrimè cæderet, dum psalmos Dauidis, qui pœnitentiales dicuntur, suauissimè pronunciaret. Ergo in peruigilio Christi Domini reuiuiscentis cum versiculus ille decantaretur: *O inæstimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres filium tradidisti*; in altissima diuinæ charitatis cogitatione defixus, tanta spiritus dulcedine perfundi consueuerat, vt non modo fleret ipse, sed fletum cæteris quoque moueret: contigitque aliquando, vt eius mens ita in Patris æterni charitatem raperetur, qui filium nobis idcirco tradiderit, vt cruciatus acerbissimos, cum summa ignominia, probroque coniunctos nostra caussa perferret,

ferret, vt abalienatus à sensibus aliquandiu, in altissimo quodam mentis sopore perstiterit, in eoque sibi Hierosolymam delatus, & hortum quemdam ingressus esse videretur, in quo augustissimum Christi Domini sepulchrum, ibidemq. tres honestissimas fœminas candentibus vestibus ornatas, & in genua prouolutas ante sepulchrum venerabundas cernere sibi videretur. Enimuero rei nouitate permotus, cupiisse se scire, quid ea visionis suæ tam illustria symbola sibi vellent: & sepulchrum inscius adhuc attentius contemplatus, inscriptionem quam antea nusquam legerat, aut audierat, se planè legisse narrabat. VICTOREM MORTIS ISTAE VENERANTVR IN HORTIS: tum demum agnouit illud dominicum esse sepulchrum, & ingenti partim mœrore, partim animi voluptate perfusus in genua corruens, religiosè admodum sepulchrum Domini veneratus est: mox vbi oculos circumflexit, tres illas fœminas nusquam vidit. Ergo ad se reuersus, & de tanto accepto beneficio immensas Deo gratias egit, & perpessionum Christi mysteria, quæ altius in eius animo insederant, cœpit assidua quadam commentatione recolere,

De

De alia item plane admiranda visione.
Cap. XVII.

VENERABATVR iamdudum Siluester pręcipuo studio, ac pietate Dei genitricem Mariam, recentique eius beneficio incensus, vt suprà narrauimus, magis, ac magis eius amore castissimo inflammabatur. Neque vero Mater benignissima gratum erga se, ac pium filium desistebat maioribus quotidie muneribus cumulare. Itaque nocte quadam Siluester post vsitatas preces, repente leui quodam somno correptus, visus est sibi ad Bethleemiticas rupes esse transuectus, & præsepe adiisse Christi Domini natali nobilitatum, mox in quoddam templum perductus, ante altare stetisse precabundus: precanti augustissimo lumine fulgens Maria Virgo, non modo sese illi palam ostendit, verum etiam eum blande allocuta est: Et vis ne, inquit, Fili mi Siluester corpus Filij mei Domini IESV Christi recipere? hac visione, atque inuitatione cohorruit primò Siluester, deinde cum se collegisset, ingenti cum tremore respondit: Paratum cor meum Domina, paratum cor meum: impleatur voluntas tua in me: Tum illa verè dulcis Virgo sua manu purissima

rissima Sanctissimum Christi corpus Siluestro porrexit: cuius nimirum diuina virtute, tanta est Sancti Viri mens luce perfusa, vt ab eo tempore nullus ei planè in sacris voluminibus locus esset obscurus. Quid mirum? poterat ne illi quidquam esse abditum, cui, & Mater sapientiæ, & sapientia ipsa se tam familiariter patefecisset? fœlix prorsus ad quem accedit propiùs Saluatoris Mater, & cuius corpus aliàs consauciatum mirabiliter sanarat, eiusdem nunc mentem, atque animum cælestibus epulis benignissimè reficit.

De præsensione Mortis cuiusdam. *Cap. XVIII.*

QVONIAM igitur lucem diuinitus haustam, vir sanctus nefas esse ducebat abditam tenere, sedulo cœpit eandem alijs quoq. crebris concionibus, & cohortationibus impertiri. Ergo à Canonicis B. Venantij Martyris Fabriani oppidi sæpissimè, vt ad populum de rebus diuinis verba faceret, aduocabatur, cumq. aliquando per templi cœmeterium transiret, multis nobilibus viris comitatus, quemdam offendit, qui sepulchrum cuidam parabat, cuius erat iam salus à Medicis desperata: Quem Sil-

uester cui nam sepulchrum illud pararet, interrogat, ille vero pro Dio te salue inquit, id enim erat ægroto nomen, tum Siluester paululum cum processisset, conuersus ad comites, Imperscrutabilia prorsus, inquit, sunt iudicia Dei, & nemo præ ordinatam eius sapientiam intelligit, Ecce mortuus viuo sepulchrum parat. Dictum comprobauit euentus. Etenim, qui de spe salutis deiectus erat, breui conualuit, is vero, quem ægrotanti curare sepulchrum dicebamus, correptus febribus, paucis diebus extinctus, in idem sepulchrum illatus est, quod alteri ipse parauerat. Qua re animaduersa, ij, quos Siluester de morte huius præmouerat, vaticinium illud, quamuis ipsis antea subobscurum, verissimum fuisse cognouerunt.

De Cæco illuminato. *Cap. XIX.*

QVIDAM abortu cæcus, miraculorum fama commotus, quæ à Siluestro diuinitus edebantur, ad cœnobium Montis Fani se contulit, certissima spe lucis, quam nunquam viderat, aspiciendæ, vbi ad Cœnobium venit, supplex petit, vt sibi Siluestrum alloqui liceat: præsto est euocatus Siluester, & è cęco sciscitatur quid nam velit. Ille audita Siluestri voce,

in genua orruens illa verba iterabat. *Miserere mei Pater Sancte, miserere mei.* Siluester hominem iacentem subleuat, & iterum quid nam velit, exquirit, nihil aliud inquit ille peto Sancte Dei, nisi vt pro me Deum depreceris, & signo Crucis meas tenebras munias. Protinus dexteram Siluester extendit, & in eius vultum diuina implorata clementia, signum Crucis effingit: cæcus autem subito lucis beneficio, fugatis cæcitatis tenebris perfrui cœpit. Inter alios, qui huic miraculo interfuere, censetur Egidius Camaldulensis familię, & Ioannes à baculo viri religiosissimi, fideque dignissimi. Siluester tamen rem tantam dum vixit, ocultare perpetuo conatus est.

Cinguli ter aquam in vinum conuertit. Cap. XX.

NEQVE illud silentio prætereundum, quod supra naturæ vires, est à Deo liberalissimè Siluestro tributum. Cum enim aliquando ad Xenodochium siue hospitalem domum Spineti olim, nunc enim ædes est B. Catherinæ sacra, in itinere propè Cingulum oppidum diuertisset, magna cum veneratione ab vniuersa illius hospitii familia receptus est. Discubuit

igitur

Igitur ipse cum viris primariis permultis, cumq. illos aqua defecisset. Siluester humaniter ministros appellans aquam poscit, illi ad fontem pergunt, vas aqua plenum referunt, mox de more vir Dei lagenam illam Cruce in aere impressa consignat, & in ciathos iubet infundi: Verum ciathi (res mira) nō aqua, sed optimo vino complentur. Hæret minister admiratione defixus, exhausto aquario vrceo recurrit ad fontem, aquam ad Siluestrum defert, quam simul atque vir sanctus, vt antea consignauit, in optimum vinum conuersam esse cernit: & ad ministrum. Quid hoc est inquit, fili, quid hoc fecisti? aquam ego postulaui non vinum. At is, certo scias inquit ò Pater, me aquam haustam è fonte purissimam, vobis discumbentibus attulisse. Cui Siluester, ne te inquit fili pigeat ad fontem tertio reuerti, atque huc aquam vrceo mundo perferre. Morem ille gerit sedulo, Siluester vero porrecta manu aquam tertio cunctis inspectantibus efficta Cruce pręmunit, minister conuiuis illicò propinare, sed vinum optimum ab omnibus gustatur. Huic miraculo multi vt diximus viri nobiles adfuere, in quibus, & frater Albergator eiusdem hospitii Cœnobita, qui id peregrinis narrare solitus erat, & Vgutius Aesinæ ciuitatis Episcopus, qui se quoque interfuisse crebro

testatus est. Ergo miris laudibus extollitur vir sanctus ab omnibus, & verissimus Dei famulus acclamatur. Verum ipse humani honoris contemptor, celeriter se inde proripuit, tutasque latebras petiit.

Energumenam liberat. *Cap. XXI.*

ENERGVMENA quædam ab Vrbe Callia, iamdudum à malo dæmone frequenter torquebatur, & grauiter, sæpiùs à propinquis ad uaria templa frustra deducta. Cum aliquando ex eo in exorcismis quæreretur, cuius tandem Sancti Viri meritis finem esset mulieris diuexādæ facturus, cum IESV Christi nomine, cui omne genuflectitur urgeretur, huiusmodi respōsum dabat. Quid frustra laboratis? honos iste Siluestro reseruatur, quo iubente hinc mihi cedendum est. His uerbis Energumenæ propinqui uehementer gauisi, Romam cum illa contēdunt, ubi reliquiæ B. Siluestri Summi Pontificis asseruātur, ibi malus dęmon adiuratus geminata uoce respondit. Non ab isto inquit, non ab isto sum, sed ab altero Siluestro licèt inuitus, & coactus eiiciendus. Conflictabantur mœrore cuncti, quippè qui alium Siluestrum penitus ignorarent, illam tamen ad altare principis Apostolo-

tum ſiſtunt, quam cum aliquandiu Dæmon ma-le torſiſſet, clamare cępit. A Silueſtro ſum ex-trudendus, à Silueſtro ſum expellendus: Qua re cognita Iordanus quidam eiuſdem Baſilicæ S. Petri Canonicus,& Silueſtri noſtri apprimè ſtu-dioſus, eos ad B. Patrem deducit, per eos dies Romæ commorabatur, & cœnobium S Iacobi à Septimiano (ut ſupra dictum eſt) piorum homi-num ſumptibus ædificandum curabat. Porrò in itinere tantum eſt mulier excruciata à Dęmone, ut nunquam antea fuerit. Interim Silueſter à Canonico,quem dixi,rogatus ad oppreſſam fœ-minam iuuandam, Dei ſpiritu non minus benè paratus,quàm animatus acceſſit, Cuius aduen-tum præſentiens Dæmon in ipſo ædis illius in-greſſu, cœpit acrius in eam ſuas uires exprome-re, frendebat miſella dentibus, ore ſpumas age-bat, parturientis inſtar affligabatur, neque in-terim malus tortor vociferari deſinebat. En ue-nit Silueſter mihi uim per iniuriam illaturus. Verum cum uir Dei aliquam diu cum Dæmone decertaſſet, eum tandem, quod iamdiu obti-nuerat domicilium relinquere coegit. Mulier uero ita grauiter eſt à diſcedente ueteratore tra-ctata,ut ad horam prorſus exanimata uideretur. At cum pauliſper ſe poſtea recepiſſet, ſumpto cibo ad eam à Silueſtro tranſmiſſo, penitus con-

ualuit,

ualuit, ac Deo liberatori gratias agens læta cum ſuis reuertit in patriam.

Iterum aquam vertit in vinum. Cap. XXII.

LOCVS eſt non procul à Fabriano, cui nomen à Crypta, quem ſibi primum ad vitam in ſolitudine agendam vt ſupra diximus Siluester elegerat. Huc operas mercenarias ad ciſternam ædificandam aliquando conduxit, cumq. ibi vinum eos penitus defeciſſet, operarios ęgre ferentes blande cõſolabatur, cum diceret. Equidem filii, fateor hodie nihil omnino vini relictum eſſe, quare vos id quęſo propter Deum æquo animo ferte; quod enim hodie deeſt, id aliàs Dei bonitas ſupplere facile poteſt; ſtatimque ſuos iuſſit Monachos aquam, ad operas meridiano calore videlicèt æſtuantes afferre, à ſe tamen ſigno Crucis anteà communitam. At cum illi aquam guſtaſſent repente in vinum optimum commutatam, vehementer admirati; Quid inquiunt modo Pater domi vini quidquam eſſe pernegabas? optimum vinum nobis eſt iam tuo iuſſu delatum. Is verò nihil ipſis quidem reſpondit; ſed inde ſe ſubito ſubducens, fratribus rei geſtæ conſcijs, ac teſtibus imperat, vt eam rem ſilentio tegãt; quippè qui vni Deo placere mallet,

let, quàm caducis hominum vocibus celebrari.

E Sancti Martyris Cyriaci reliquijs in Siluestri maxibus cruor emanat. Cap. XXIII.

AD Vrbem Siluester se aliquando contulerat, vt reuiseret sibi subiectos filios, cognosceretque an rectè cum ijs ageretur in iis rebus præsertim, quæ ad pietatem pertinēt, ac mores religiosis hominibus congruentes. Cum igitur Romę tunc esset, & summo studio, ac religione, tum sacras ædes frequētaret, tum sanctorum virorum reliquias veneraretur, ad visendum martyris Cyriaci caput ab eodem Iordano S. Petri Canonico deducitur, cuius antea mentionem fecimus: qui Siluestrum plurimum obseruabat, & ab eodem vicissim in Domino diligebatur. Quare ad sacrarum virginum oratorium, vbi beati caput martyris asseruabatur, cum Iordano, duobusq. sui ordinis monachis, quorum alter fuit Iosephus, insigni vir morum sanctitate, eximiaque prudentia, qui proximus à Siluestro nostri ordinis gubernacula, magna cũ laude tenuit; alter vero Salimbenus is, quem Siluester perpetuum ferè sibi comitem adhibebat. Rogat sacras virgines, vt sibi, comitibusque liceat

ceat beatum illud Sancti Martyris caput aſpicere, ac ritè venerari, facilè impetrat: cereas illæ faces albis indutæ veſtibus accendunt, arcam, in qua caput Sacroſanctum conditum erat, aperiunt, & Accede inquiunt, cum Iordano iam propius ad arcam Pater, atque arculam, qua caput clauditur, tuis manibus cape, quo faciliùs cerni poſſit ab omnibus. At amicus Dei Siluester cum ſe indignum duceret, qui Sancti Martyris reliquias attrectaret, poſitis genibus, antea Dominum tacitus obſecrauit: ac tum demum ſumma veneratione arculam ſumpſit, & velum quo caput obtegebatur, pie, modeſteque manu remouit. Res mira, & ab omnibus Chriſtum piè colentibus prædicanda: remoto enim velo, ex cranio inuicti Martyris Cyriaci, quod iam tot annorum ſpacio aridum cernebatur, Silueſtro tangente, ſanguis repente vndique in orbem cœpit abunde diffluere. Ergo ſtupore ſimul, qui aderāt, lætitiaque correpti profuſis lachrymis, Silueſtri virtutem ac pietatem laudibus extollere: & ne ipſe quidē potuit, pietatis nimirum ardore cogente, lachrymas continere, cum admirabilem Dei in ſe beneficentiam, charitatemque perſpiceret. Quippè videtur præſtantiſſimus Chriſti athleta Cyriacus tam illuſtri teſtimonio, & argumento non obſcure oſtendere voluiſſe, & quā

Deo

Deo esset Siluestri in Sanctos Martyres grata religio, & quanta ipse quoque Siluester cupiditate flagraret, purpuratos illos Cœli ciues imitandi, vita propter Christum, ac sanguine profundendo.

De ipsius erga Sanctorum reliquias studio.
Cap. XXIIII.

SANCTORVM virorum reliquias (quoniam in eum sermonem incidimus) religiosè admodum coluit: quo studio in Dei cælestisq. patrię amorem quotidie magis incendebatur, & ex virtutum egregiarum documentis, quæ ille prudentis instar apis, alueario memoriæ sedulo recondebat, ad illorum sectanda vestigia vehementius incitabatur. Diuerterat aliquando ad cœnobium quoddam Cistercienſis familiæ in agro Piceno, Sanctissimi Viti Athanasij Episcopi maxilla ditatum: frustulum ex ea sibi ab Abbate deposcit. Cui Abbas, cupere se illi morem gerere, sed de maxilla nihil vnquàm demi potuisse, tentatum sępiùs ab Episcopis nonnullis, vt vel tenaci forcipe dentem vnum euellerent, nunquã tamen eos licèt omni conatu luctatos valuisse. Experiar ipse inquit Siluester, si libet, quis scit an & diuinum numen sit, & Athanasij voluntas affutura:

futura: tum demum eius voluntati, ac ſtudio Abbas obſequitur. Quare vbi aliquantiſper oraſſet Siluester, ad ſacram maxillam duos digitos leniter admouet, ac tam facilè dentem euellit, vt ſponte ſua in manus exilire videretur: tam ſecundo rei euentu Siluester agit Deo, & cœnobii Abbati gratias, potituſque, vt ipſe aiebat, cæleſti theſauro, in ſuum cœnobium lætus redit.

Diuinitùs multis Sanctorum Reliquijs præſertim Deiparæ lacte ditatur. Cap. XXV.

QVO tempore Siluester ædem Diuo Iacobo Apoſtolo ſacram, de qua ſuperiùs dicebamus, ædificandam curabat in Vrbe, inter cætera, quæ illi contingere diuinitùs, illud nequaquam ſilendum, quod de prætioſi Deiparæ lactis aliarumq. ſacrarum Reliquiarum adeptione compertum habui. Enimuerò cum Gregorius IX. Pontifex maximus habere aliquid ex eiuſdem Deiparæ Virginis reliquiis apud ſe flagraret ardentiſſimè, & certior eſſet factus, Vrbẽ Bethleemiticam hoc verè prætioſo theſauro ditatam; Legatos cum literis ad Hieroſolymitanum deſtinauit Antiſtitem, fideles ac ſapientes viros, qui, & Pontificis aperirent votum, & implerent. Hi verò diuturni magniq. itineris pe-

riculis, ac laboribus tandem feliciter exanthlatis, cum Bethleem peruenissent, quo cupiebant haud difficulter potiti thesauro, reuersi sunt in Vrbem, ac summum Pōtificem voti compotem factum summoperè exhilararunt. Pontifex ea, qua par erat, religione cultuq. sacras reliquias non excepit solùm, sed & præcipuo quodam studio religiosissimè seruauit. Auxit siquidem plurimum earum cultum ac fidem id quod cum Legati prædicti retulerunt, tum verò Pontifex ipse experimento cognouit, non rarò Cęlites dulcissimè suauissimèque concinentes ad earum conspectum auditos. Pontifice demum vita functo diuersa aliis de more ex illius opibus sibi sumentibus, Angelus quidam Berardi Romanus eiusdem Pontificis pigmentarius thecam quamdā eburneam miro opere ad eas, quas diximus, spiritales opes seruandas contextam, cum caducis terræ thesauris plenam crederet, auidissimè rapuit, atq. in suis ædibus honesto loco positam, diligenter ac religiosè pro virili seruare studuit. Verùm enimuerò, quia fortasse indecens Deo visum fuit, res adeò sacras profanis admisceri, atq. in ædibus haud sacris asseruari: vbi primum sacras prædictus Angelus reliquias detulit in suum domicilium, grauē incidit protinus in morbum, quo per annos quattuor & viginti, omni

Medicorum

Medicorum ope frustrà tentata, cruciatus fuit acerrimè: donec tandem de templi iam dicti cõstructione per viros fide dignos certior factus, ad id operis animo cœpit, ac desiderio plurimùm incalescere. Interim cum ei secundum quietem B. Iacobus Apostolus semel & iterum apparuisset, eumq. primùm blandis, postea verò durioribus monitis increpasset, ne iã diutiùs sacras illas diuitias apud se commorari sineret: sed ad Siluestrum virum Dei in prædicto templo honorificè seruandas quam primum deferret: ipse tamen iis, quæ per visum audierat, nullam planè fidem adhibendam ratus, omnia quasi ludicra & futilia spectra contempsit. Quarè tertio ad eum redit D. Iacobus, ac multis verberibus cæsum ad sua iussa facienda compulit inuitum. Nam expergefactus & dolore simul atq. ingenti horrore perculsus, liuores ac vestigia plagarum domesticis, ac familiaribus palàm ostendit, atq. ad Siluestrum sacras illas reliquias protinus attulit, coram Iordano illo, de quo supra memini, Basilicæ Principis Apostolorum Canonico, & aliis multis, præsertim nostri ordinis hominibus ibidem tunc commorantibus. Cum verò thecam illam eburneam, quam dicebamus, sibi seruasset: monitus adhuc in somnis ac terrefactus ab eodem Diuo Iacobo

illam


illam quoque tandem re ipsa Siluestro exhibuit. Mirum dictu: cum is iussa fecisset Apostoli, omni planè languore ac diuturni morbi vi fugata, statim plenè conualuit. ita vt etiam inflictorum verberum liuores & cicatrices euanuerint: cuius rei fama latè percrebuit in Vrbe cum ingenti bonorum gratulatione magnaque diuinæ virtutis, ac bonitatis prædicatione. Porrò Vir sanctus maiori sacrarum reliquiarum parte in prædicto templo retenta, reliquum, pro sua in Fabrianenses charitate, ac beneuolentia, ad Montis Fani Cœnobium transtulit.



DE MORTE, ET MIRACVLIS POST mortem ipſius.

LIBER TERTIVS.

De obitu ipſius. Cap. I.



XHAVSTIS innumerabilibus Chriſti cauſa iam pene laboribus, & ad ſolidæ perfectionis culmen euectus Silueſter, vrgente iam ſenio, quippè nonagenarius lethalē in febrem incidit: cumque ſibi vltimum diem inſtare ſentiret, ſuos conuocatos oratione cohortatos eſt, vt in ſuſcepto religioſæ vitæ inſtituto perſiſterent. Ingraueſcente morbo ſe Eccleſiæ Sacramentis vir ſanctus præmuniuit, & ſpiritum ſuum Domino commendans, virtutum opibus affluens, placidiſſimè efflauit animam, in cœlo perpetuo regnaturam, prima noctis vigilia VI. Kal. Decēb. anno poſt Chriſtum natum M.CCLXVII. ætatis ſuæ nonageſimo, ab inchoato Ordine xxxvij. à confirmato fermè xx. qui eo viuo non modica incrementa cœpit, & in duodecim Cœnobia paſſim extructa diſtributus eſt.

De visione Angelorum post eius obitum.
Cap. II.

PER idem tempus solitariam agebat vitam, non longè ab ipso Montis Fani cœnobio, Ioannes dictus à cella nostri ordinis, vir magna religione morumque sanctitate. Is eadem ipsa hora, qua Siluester obijt, vidit Angelorum choros è cœlo delapsos, qui mirabili quadam ratione vicinum aerem circumquaque collustrantes, ad cœnobium descenderent, ac fœlicem Christi confessoris animam in cœlum magno cum gaudio, & gratulatione deferrent. Ille tanta Patris sui gloria lætatus, præ gaudio lachrymas fundere,& summas Deo gratias agere. Verum tamen, quæ huius erat beati Anachoretæ modestia, nonnisi ad suum obitum rei seriem patefecit.

De luce, quæ & Cœnobium,& montem totum circumfudit. Cap. III.

HACTENVS Siluestri toto vitæ curriculo proposito,nunc pauca quædam,quæ post obitum eius accidere diuinitus, paucis perstringam. Per idem tempus, quo Siluester ex-

cessit è vita, frater quidam nostri ordinis ex eorum numero, qui in exterioribus functionibus rem domesticam procurant, quos vulgo Conuersos dicimus, cui Iacobo nomen, vir summa simplicitate, & vita integerrima, duo circiter millia passuum à cœnobio Montis Fani, vineæ eiusdem cœnobii excolendæ operam dabat. Is cum sub noctem in humilem villam vineæ se à diurno labore recepisset, iam cœlo densis tenebris obsito, cubitum discesserat, cum semel, iterum, ac tertiò vocem quandam audit, Surge Iacobe, & quæ gerantur nunc in Monte Fano, quamque admiranda contemplare. Ergo rei nouitate, & inusitata voce commotus, confestim se è lectulo proripit, atque, aperto domunculæ ostio, circumspectans neminem videt: quo circa maiore etiam admiratione correptus, in Montem Fanum prospiciens (erat enim è regione villulæ) cernit illum quasi ardentibus facibus collucere, & ignarus rei hæret primò admiratione perculsus: mox cupiditate sciendi quid rei esset, audacior factus in viam se coniicit, intempestæ noctis silentio, & quoniã difficilis, atq. arduus erat Mõtis accessus, cœnobium.n. in deuexo Mõtis latere situm est, de multa nocte peruenit, & à Ianitore admissus, Siluestrum eadẽ obiisse hora, qua vocẽ illã exaudiuerat recognoscit.

Sacerdos

Sacerdos quidam videt eius Animam ascendentem in Cælum. Cap. IV.

NEQVE illud omittendum censeo, quod eodem tempore, cuidam è nostris Sacerdoti qui pater Bona pars dicebatur, in AEsino cœnobio tum degenti, quod à Monte Fano distabat minimum passuum millia vigintiquinq. diuinitus accidit. Huic enim dormienti per speciem ostensæ sunt scalæ, quæ à Cœnobio Montis Fani ad Cœlum vsque pertingerent, quibus Angelorum Chori descenderent, & Siluestri animam beatissimo lumine fulgentem, specie pulcherrima viri niue candidioris in Cœlum delatam, Domino scalarum cacumini innixo, ingenti gratulatione, atque significatione lætitiæ sisterent. Sacerdos hac visione, somno excitatus, cōuocatis fratribus, Siluestrum diem suum obijsse nunciat, & ostenti seriem totam enarrat: illi vt crederent nullo pacto adduci potuerunt, donec postridie eius diei nuncius de S. Patris obitu, qui in eamdem horam inciderat, omnem dubitandi materiam sustulit.

Eius obitus B. Paulino diuinitùs significatur.
Cap. V.

NON mediocriter Viri Sancti gloriam, eiusdem discipuli mirifica visio auxit, & illustriorem reddidit. Is fuit Beatus Paulinus ex illustri Bigazinorum Coccorani Comitum genere Perusiæ ortus, qui sub legibus & disciplina Siluestri mundo nuntium remiserat, & vitam sanè cælestem in summa sanctimoniæ laude in Cœnobio SS. Marci & Luciæ haud procul Coccorano ducebat: & aliquando sanctum Patrem ad se inopinato diuertentem, oleribus & piris ex arbore hiemis tẽpore decerptis cum terra alioquin vndique niuibus tegeretur, ingenti sanè miraculo perhumaniter excepit. Hic igitur cum in præfato Cœnobio, quod à Montis Fani Eremo viginti ferè millia passuum spatio dissitum erat, existeret, & illa ipsa hora, qua Siluester humani corporis mole deposita, feliciter in cælum abibat, de more orationi se dederat, & rerum diuinarum contemplationi: cum subita quadam extasi correptus, Sancti Patris obitum apertè cognouit, atque æris campani sonitum, quo illum monachi in prædicta Eremo Montis Fani significabant, vt moris est, diuino planè

munere,

munere, magno illo nihil obsistente locorum interuallo, auribus persensit, ac postmodum ad se rediens, & sensuum libera functione sibi restituta; reliquis in Cœnobio secum cōmorantibus Siluestrum è vita decessisse, seque ea de re potissimū ære campano in ipso Montis Fani, tēplo de more defuncti Patris obitum personante certiorem esse factum. Mirantur omnes vehemēter, & siue inaudita prorsus rei nouitate, siue tam luctuosi euentus acerbitate permoti, viro sancto hæc omnia recensenti fideliter, ipsi neqnaquam credere potuerunt, donec ab ipsa Montis Fani Eremo nuntius postridie veniens omnem penitus dubitationem abstulit, & Paulinum Virum sanctum: quem iam pridem virtute ac miraculis clarum experti fuerant, tam claro ignotæ rei testimonio maiori in posterum veneratione, atque obseruantia colere cœperunt.

De mirabili odore, qui ex ipsius exanimato corpore efflabatur. Cap. VI.

ANTEQVAM Siluestri Filij rite optimo parenti parentarent, defuncti corpus, vt ab omni corruptione vindicaretur, balsamo aliisque aromatibus condiendum esse statuerūt: Ad eam rem accersitus Fabriano Andreas eius

oppidi Chyrurgus, & sector, attributis nonnullis adiutoribus ex nostra familia, cumque sanctissimi Siluestri corpus exenterandi, condiendique caussa dissectum esset, res noua summam viri innocentiam, atque adeo beatitudinem declarauit; siquidem tanta suauissimi odoris fragrantia vniuersa domus conspersa est, quantam nemo vnquam mortalium facilè suspicetur: vt Albertus, Benedictus, & Bonagratia dicere soliti erant, homines nostri ordinis, qui dum corpus aperiretur interfuere: ex aperto igitur corpore excepta viscera, honesto, ac secreto loco recondita. Vulgata eius morte, ingens confestim hominum concursus videndi causa, è finitimis etiã oppidis in cœnobium factus, ingenti animorum sensu, & ad manus, ac pedes osculandos certatim contendentium. Itaque vt piorum studiis fieret satis, corpus triduo seruatum est, quo exacto, post exequias mira populi frequentia celebratas, in vetere templo Cœnobii Montis Fani humatum est: accidere tamen nonnulla illis ipsis exequiarum diebus, quæ silentio inuoluenda non sunt, ne Siluestrum sua gloria fraudare velle videamur.

De sanguine qui diuinitus è pedis digito effluxit. Cap. VII.

ERGO quo die Corpus humatum est, Monialis quædam exequiis intererat, & per summam industriam occasione arrepta, particulam pollicis sinistri pedis clanculum abscidit: abscissionem illicò mira vis sanguinis cõsecuta est: corpus adhuc viuere diceres, illa metu perterrita, ignara consilii aufugit: mox audaciam incusans, rem totam patefecit excepta narratio summa omnium acclamatione, Siluestri laudes extollentium. Atque ita demum Sancti Viri corpusculum honorificè sepulturæ traditum est, cuius egregia virtus, morumque sanctitas multis, ac magnis passim miraculis illustrata est. Nam, & cæcis visus, & surdis auditus, & claudis gressus, & variis morbis laborantibus salus restituta, & à malo Dæmone oppressi Dei beneficio, Siluestrique meritis ad eius tumulum liberati.

Claudus ab incunabulis liberatur. Cap. VIII.

QVIDAM ex Colleamato ab ipso matris vtero claudus, vigesimum iam annum atti-

attigerat: Is ad sepulchrum B. Siluestri delatus, triduum in precibus posuit; tertio demum die dormienti pedum vsum, impetrante Siluestro, Dominus benigne restituit. Hunc Rolandus Parmensis per idem tempus Fabriani Præfectus annum ipsum deuotionis, ac pietatis causa domi retinuit.

De alio item claudo liberato. Cap. IX.

EIVSDEM generis est quod puero *Matelicensi* accidit. Nam ipse quoq. pedum officio destitutus à parentibus ad Siluestri sepulchrum delatus, octauo die postquam venisset, valetudini restitutus est: qua hora Monachi cibo reficiebantur. Siquidem illis cænantibus ingens è templo tintinnabuli sonitus exhauditur, accurrunt aliqui, Claudi pueri patrem ostendunt humi stratum, ac templi pauimentum identidem osculantem, inuitantemque ingenti clamore monachos ad agendas Deo, ac Beatissimo Siluestro pro restituta filio suo incolumitate gratias immortales.

Ter Energumenus liberatur. *Cap. X.*

CVM Saulus quidam Fabrianenſis, quinque immundis obſeſſus, nequiſſimiſque ſpiritibus, vt ipſimet in exorciſmis fatebantur, ſemel atque iterum ad Silueſtri ſepulchrum liberatus, iterum quoque ac tertio ab iiſdem miſerabiliòs quàm antea torqueretur, tandem exorciſmo coacti Dæmones reſponderunt. Quoties hunc hominem Silueſtri meritis relinquemus, toties reuerſi acrius torquebimus, niſi ſe ipſe perpetuum adminiſtrum Silueſtri fratribus addixerit. Ergo tertiò ad Silueſtri ſepulchrum è ſæua Dæmonum tyrannide ereptus, reliquam vitam ibidem Monachis opera ſua iuuandis religiosè traduxit.

Scholaſticus quidam Bononiæ totius corporis exitiali tumore liberatur. Cap. XI.

EXTERNVS quidam, vel Vltramontanus, vt loquimur, Adoleſcens, qui Bononiæ colebat ingenuas diſciplinas lethalem in morbum incidit, vt corpus totum penitus intumuerit, cumque graſſante vi morbi, Medici ſpem omnē ſalutis abieciſſent, ad illud idem vbi decumbe-

bat

bat hoſpitium, Gualderius quidam Fabrianenſis caſu diuertit, Silueſtri admodum ſtudioſus, & cultor. Is vbi cognouit afflictam, deſperatamq. ſalutem Adoleſcentis, miſeratione permotus accedit ad lectulum, ſuadet homini, vt ſanctiſſimi viri Silueſtri opem imploret, multos enim eius meritis in ſua patria quotidie ſanari diuinitus. Non fuit æger in obſequendo difficilis. Ergo implorato Silueſtri auxilio, eius ſe patrocinio, ac tutelæ commiſit. *M*irum dictu eadem ipſa noctè dormiēti Silueſter ſe beatiſſimo lumine circumfuſus oſtendit eodem veſtitu, quo dum viueret vtebatur, baculum geſtans, quo viuus niti ſolitus erat, ægrotum rogat ecquid velit. Ille tam iucundo aſpectu mirificè recreatus. Hoc vnum peto inquit, hoc vnum obſecro, vt deſperatæ ſaluti ſubuenias, neque eius deſpicias preces, qui ſe tibi ex animo commendat. Hic Silueſter benigna manu tumefactum ægroti corpus attrectās, protinus omnem tumorem repreſſit, ac depulit. Et ſurge inquit, nunquam enim te huiuſmodi morbus, inuadet in poſterum. Ergo experrectus Adoleſcens tam facilè è lecto proſiluit, quàm ſi nunquam æger decubuiſſet, ac totius rei ſeriem ſumma tum aliorum, tum vero Gualderii, quem ante dixi admiratione patefecit. Is verò Gualderius non ita multo poſt Fabrianum reuerſus

pro

pro concione rem totam ingenti omnium gratulatione narrauit.

Energumena ad Siluestri reliquias liberatur.
Cap. XII.

ENERGVMENA quædam Mulier adiurationis causa in templum, vbi Siluestri corpus asseruabatur, aliquando perducta, cum ad secretum quemdam veteris templi locum peruenisset, vbi Beati Viri viscera fuerant, vt supra dictum est, paucis consciis, terræ mandata: cœpit ibi vehementius multo quàm antea distorqueri. Rei causam rite Dæmones interrogati frementes: in hoc cœnobio inquiunt Monachi quidã, quæ hic recondita sunt sciri nolunt: porrò iterum adiurati dæmones responderunt. Siluestri viscera hic sita sunt, quibus assiduè vrimur. Post hæc verba, Deo iubente, ab obsidione mulierculæ Siluestri meritis recesserunt.

Siluester apparet cuidam Medico.
Cap. XIII.

CELEBRATA Lugduni generali Synodo, Gregorio X. Summo Pontifice, Reu. Pater Bartolus, qui tertius à Siluestro nostri ordinis

gubernacula

gubernacula tenuit, ſimul cum fratribus decreuit, vt ab eleemoſinis oſtiatim emendicãdis noſtri deſiſterent, & ex præſcripto, inſtitutoque S. Benedicti, cuius regulam tenemus, vectigalibus annuis alerentur. Verum quia non ſatis erant, quæ habebant, ad omnes alendos idonea, ad cõmune Fabriani confugiunt, vbi re deliberata decernitur, vt certa pecuniæ ſumma ipſis ad poſſeſſiones emendas attribueretur. Reſtitit huic decreto acriter Guincellus quidam Bononienſis, qui eo tempore Fabriani ſummum gerebat magiſtratum, quem Poteſtatem vulgo dicimus. Res in dies dilata, in graue Monachorum incommodum redundabat, nec ſe Guincellus, vel amicorum, ac propinquorum, vel noſtrorũ hominum precibus patiebatur de ſententia dimoueri. Bartholus humana ope deſtitutus, confugit ad Dei, Siluestrique præſidium, & fratribus conuocatis, Silueſtro promittit, ſi voti compotes fiant, ſe ſuoſque, ipſi eiuſque reliquijs præcipuum honorem, cultumque pro viribus delaturos: ſtatimque profuſis lachrymis in templum ad eius ſepulchrum, cum litanijs ſumma animi pietate procedunt. Inde oppidum repetunt, & rem denuo cum Præfecto fruſtra pertentant. Porrò Bartholus cum ſuis ad Silueſtri ſepulchrum Deo ſupplicare ardentius perrexit: cum ecce tibi ſequenti

nocte

nocte post Gallicinium Priscianus Medicus erga Siluestrum piè admodum affectus, egressus repente domo, quæ nostræ erat annexa, quam in oppido habebamus, cum ingēti clamore ad nos aduolat, & mira significatione lętitiæ. Ergo bono esse nos animo iubet, quā primum enim voti compotes fore: secundum quietem se vidisse Siluestrum baculo nixum, irati speciem referētem, ac sibi dixisse, vt secum in Senatum pergeret: quo cum venisset, quæ vellet omnia facilè impetrasse: tum verò se experrectum, gaudioque perfusum, illicò ad nos venisse, vt quę viderat renū ciaret. Nostri tam fausta prædictione læti, primo diluculo ad Præfectum redeunt, à quo vna videlicet noctè diuinitus mutato, perhumaniter accepti, Prioremque secum iussi perducere, coacto denuo Senatu, Præfecti Senatusque iussu, decreta ad agros coemendos pecunia donati sunt. Ita Deo annuente, impetrante Siluestro, nostrorum inopia leuata est.

Monachus quidam ab incredibili visurum dolore liberatur. Cap. XIIII.

SAMVEL quidam è vico Rouicelli propè Sentinum, *M*onachus in Cœnobio *M*ontis Fani degens, sæuissimis viscerum doloribus iam diu

diu adeò torquebatur, vt cum eum vis morbi arriperet, quod certis anni temporibus accidere solebat, è vita decessisse credi posset: neque tamen vlla vmquam medicamentorum vi curari potuit. Eo autem ipso anno, quo B. Benuenutus nostri ordinis, Sancti Patris nostri Siluestri Discipulus, vir meritis, & miraculis in primis clarus, feliciter migrauit in Coelum: multò quàm aliàs in eum prædictus morbus cœpit acriùs deſæuire, ita vt omni iam spe salutis abiecta, mortem propediem expectaret, suis tandem doloribus finem daturam. Interim tamen ægrotus, vt erat Siluestri, ac Benuenuti præcipuus amator, & cultor, eorum opem quotidianis fermè precibus omni studio flagitare; eosq. gemitibus ac suspiriis ex imo corde in suum adiutorium aduocare, vt qui plurimis diuinitùs, cum inter mortales versarentur, diuersa beneficia impertiri solebant, sibi quoq. tam sæuis doloribus exagitato presto esse dignarentur eo maxime tempore, quo in cælestiũ Ciuium numerum cooptati, maiori tum charitate, tum potestate præfulgeant. Cum igitur die quadam adeò vexaretur atrociter, vt iam dolore penè videretur exanimatus, repentino quodam sopore correptus est, viditq. in somnis B. Benuenutum albis indutum ad se propiùs accedere: quo viso, ægrotus

omni

omni animi contentione suam deprecabatur salutem, ac tam sæui morbi leuamentum. Cui à viro sancto retulit in hæc ferè verba responsum sibi fuisse. Post diem octauum haud te mors rapiet, at post nonum ac decimum diem tecum erimus. Id autem cum in vigilia Monachis retulisset, omnes ferè in eam iuere sententiam, vt ægrotum ad vndecimum diem ex hac vita migraturum existimarent, quibusdam etiam tunc sanitate donandum opinantibus. Cunctis verò tàm Monachis, quàm reliquis Fabriani indigenis valde suspenso animo rei euentum præstolantibus, morbus in dies magis desæuire, adeò vt die vndecima miser ægrotus iam planè omnium sensuum officio ac functionibus destitutus videretur. Inter hæc autem ipse sibi nequaquam defuit; nam ad ea, quæ potiora sunt, diligenter inspiciens ac sapienter, singula ante actæ vitæ crimina lachrymis, & scilicet sacramentali confessione expiauit, atq. ad mortem religiosè obeundam omni studio se se comparauit. A confessione siquidem eum somnus iterum arripuit, venerabili Francisco Auximano nostri ordinis, cum alio socio ad eius custodiam adstantibus, viditq. Siluestrum ac Benuenutum ad se venientes cum Iosepho illo, qui secũdus à Siluestro ordinis gubernacula tenuit, & virtutibus, ac mi-

raculis insignis; iam & ipse cælitibus adiunctus erat: qui omnes ad morbi sæuitiam doloresq; fugandos aduentasse præseferebant: Itaque B. Benuenutus vasculis quibusdam sinistra prehẽsis, alteraque manu ægroti ventri superposita; B. Vgonem itidem nostri ordinis aduocat, qui gladio, vt ipsi ægroto visum est, eius ventre discisso, cuncta prorsus extraxit viscera, eaq. in pixidibus posita prædicto B. Iosepho tradidit: inspiciuntur inde diligenter ab omnibus; ac tandem apparet intestinum quoddam inter cætera incredibili quadam nigredine obsitum: quo inspecto B. Benuenutus, totius morbi caussam ac radicem inibi latitare asseruit; quare illud bene lotum atq. purgatum sordibus, necnon medicatis quibusdam pulueribus consperfum cum cæteris visceribus in pristinum locum restituit, simulq. ægrotantis ventri manu iterum imposita, eum his ferè verbis allocutus est. Fili, si per salubre pœnitentiæ sacramentum crimina maturiùs diluere, diuinumq. tibi numen conciliare studuisses, iam tum omni plane dolore caruisses. Caue in posterum ne quid forte committas, quo iusta in te ira Dei concitetur, sed pro viribus illi gratias age, cuius beneficio sanitati restitutus es: & eum deinceps omni cultu ac religione venerare, iam enim huiusmodi te ægritudo nunquam

quam excruciabit. His dictis ab eius conspectu Siluester cum cæteris illis sanctis viris, se se subtraxit. Aegrotus verò expergefactus, ac mirum in modum hilaris & admirabundus, statim custodibus iam dictis stupore attonitis, è lecto prosiluit: & conuocatis monachis, & aliis qui forte tunc in Cœnobium conuenerant Fabrianensibus, de sua visione, ac valetudinis receptæ beneficio, deq. totius rei gestæ ratione cunctos enucleate certiores effecit: omnibusq præ gaudio magnam lachrymarum vim effundentibus, prædictus Samuel cum illis in Oratorium diuinas laudes hymnosq. concinentibus descendit, ibidemq. Deo optimo maximo sanctisq. viris liberatoribus gratias egit immortales.

EPILOGVS.

ALIA Multa præterea de Siluestro, eaq. mira narrantur, vt est illud de vulpibus, quæ per totius Montis Fani ditionem innoxiæ versari dicuntur: & illud planè insigne miraculum, quòd scilicet cum Siluester esset in Vrbe, vt à summo Pontifice à se instituti ordinis ratio comprobaretur, Basilicam Principis Apostolorum adiuit sacrum facturus, & deposito pallio quodam, quo iter agens vti solebat, illud su-

pra solis radium, qui per templi fenestram se se insinuabat, vniuerso spectante populo diuinitus consistebat, atq. aliis multis, quæ quoniam, aut non satis comperta, aut mihi minus explorata sunt, his adscribi oportere non putaui; præsertim quod insignium virorum probitatem, non tam prodigia, atque miracula, quam charitas in Deum, & vitæ innocentia declarat. Reliquum est, vt omnes quidem tanti viri exemplo sibi proposito, huius vitæ fluctus, ac procellas, Deo duce, atque adiutore superare conentur. Nos vero præcipuè (vobiscum enim ago potissimum longè mihi carissimi Fratres) amantissimi parentis prouidentia erga nos, & charitate confisi, quam semel ingressi sumus religiosi instituti viam, ad beatam illam, bonisque omnibus affluentem Ciuitatem alacres contento cursu pergamus: vbi Siluester beatissimus viuit, vt eius virtutes, & res gestæ diuinitus aperte satis ostendunt. Quo nobis eo quoque facilius licebit, commodiusque peruenire, quò accuratius Sanctissimi Patris vestigia persequemur.

FINIS.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

Liber Primus.

Liber Secundus.

Præcipitatum

Liber Tertius.

F I N I S.

Errata, quæ inter imprimendum in hac secunda editione irrepserunt.

Errata.	Corrige.
Fol.1.ore.	lin. 17. oræ.
Fol.3. ingens.	lin.19. ingenti.
Fol. 6. sequenda.	lin.17.sequendo.
Fol.7.Episcopo.	lin.17.Episcopio.
Fol.10 victos.	lin.21.victus.
Fol.11.comitare.	lin.8. comitate.
Fol.16.electa	lin.12.eiecta.
Fol.23. couehendis.	lin 7.conuehendis.
Fol. 27.qui.	lin.17.quæ.
Fol.35 Diœcesæos.	lin 12.Diœcæseos.
Fol.36.Vmbra.	lin.3.Vmbria.
Fol 40.probè.	lin.1.propè.
Fol.43 triginta.	lin.14 viginti.
Fol 48.opera.	lin 9.operæ.
Fol.62.contingere.	lin.14.contigere.
Fol.66.cohortatos.	lin.12. cohortatus.
Fol 70 post verbum oleribus, adde,	lin.12.repētè nascētibus.
Ibidem. & illa ipsa.	lin. 18. illa ipsa.
Fol.75.miserabiliòs.	lin.6.miserabiliùs.
Fol.79. visurum dolore.	lin.21.viscerum dolore.